




Iodoci VVilichii Reselliani Erotematum dialectices libri tres.

<https://hdl.handle.net/1874/400646>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


ILLINOIS MATHÉMATICA
UNIVERSITÄT WÜRZBURG
PUBLIKATIONEN DER MATHÉMATIK
FÜR DIE UNIVERSITÄT WÜRZBURG

B. oct.
85



diabolica scriptura





et est in locum suum in actu qd dicit in vniuerso opo
in uictoria in qbz uariis modis est eguū

Dicitur autē qd ex parte oīa actū t it illa q noīaū
p sig^o in duobz quor^o vū est lib^o d m en t alit^o
tractat^o postm lib^o qui noīat^o t lib^o morboz t actū
cū In h^o u. dicit ipē exāte pūra sermone in q^o
sup^o ex sup^o lib^o qz mēbz tractat^o postm lib^o
morboz t actū pūra t sermone dūstus o
pōnū mēbroz t agur^o signūbz esse cūqz eoz.

Ego autē iam longē p^o cēt h^o qd
finis de agur^o orōm tūseo uo
ad eam q de cūis. 186

Ego autē canēto a plougnacōe nū abstantē in h^o
loco sermone in q^o t nū uenit nū pūoz mēbz
Post q euoz laur sup lib^o in quibz pūra


75

Miscellanea Litteraria

Octavo n^o. 85.

NIET UITLEENEN

B. oct.
85



N 103. a

I O D O C I
V V I L L I C H I I R E

S E L L I A N I E R O T E

matum Dialectices lis

bri tres.

Ex sum. Reg. li.



Anno M. D. XL.

Cum gratia, & Privilegio Imp.



1800

WILLIAM

WILLIAM

WILLIAM

WILLIAM

IODOCVS VVILLI

CHIVS RESELLIANVS

optimo adolescenti Melchiori

VVinsio S. D.



Flagitabat nuper frater
tuus erotemata dialecticis
ces alicubi descripta, quæ
forfan à nōnullis discipu
lis inter repetēdū excepta essent, cuius
uotis statim acquiescebam. Nā
multis ratiōibus tibi tuisque debeo, quod
me sibi totū adeo deuinxerūt ut ne
xū inisse prorsus uidear. Ne igitur
me subinde tanquam malū nomen
compellares, beneuolentiam in te
meam, ubi ubi ansa data erat, decla
raui. Nunc quoque gratum & opere
præcium me facturum arbitror,
si paucis ostenderem, quomodo
suscipienda & ingredienda studio
rū dialectices sit ratio, quam etsi an
tea probe nosti, tamen quid prohibet
eandem, sed quæ breuissime incul
A care

EPISTOLA:

care. Est enim dialectica *ὁργανον ἢ τῆσ
 φιλοσοφίας χεῖρ*, ideo à Platōe accessur
 ris ad rempub. prima iudicatur, qui
 eos quos philosophos spurios appel
 lat, qui sine dialecticorum cognitio
 ne alijs artibus pares esse sibi indul
 gent. Siquidem omnium bonarum
 artium genitrix est, excepto quod ad
 ordinem docendi & discendi, quo
 nihil honestius, quo nihil utilius esse
 se potest, ipsa non parum faciat. Quid
 quod fontes artium & disciplinarum,
 quam proxime per hoc instrumen
 tum pervidentur, & pensculantur.
 Discernimus enim huius auxilio,
 quæ & quanta materia, & rerum co
 pia scripturientibus disputanti
 busque suppeditaretur, deinde quæ
 inter se cohereant & quæ dissentiant
 In alijs enim artibus somnia cogno
 sceres, in hac uero *ὄνκ ὄναρ ἀλλ' ὑπάρ
 εἰδὸν ὄβι τετελεσµένου ὄσι*, quod fit prop
 ter rerum euidenciam certam & non
 fallen

N V N C V P A T O R I A .

fallentē. Quare præceptis eius arti-
 cū bene cognitis, mox succedat assi-
 dua & scribēdi & disputādi exercita-
 tio, qua, ne uiuā, si quid melius dis-
 cētibus elementa artiū esset. Ex hac
 em̄ quis sibi *εἴη* faceret, ut omnia es-
 sent, cū usus poscit, in prōptu & nu-
 merato, quando ut sepe numero usu
 uenit, in magna copia maxime quis
 inopesset. Porro sic exerceri cōueni-
 et, ut primo per plerosq; locos, si per
 omnes nō licet, thema simplex duca-
 tur, etiā si nō hinc argumenta trahan-
 tur *συλλογιστικῶς*, tamē rerū facultatē
 inuenisse sat erit. Quemadmodū in
 orationis uocabulo exempli gratia
 fieret, in quo uim & proprietatē ali-
 quis exquireret iuxta diuersam no-
 minis finitionē, & statueret discrimē
 inter eam, quę Rhetorum & Theo-
 logorū est, ne quis obganniret illud
 Platicum *πᾶν ἄνθρωπινόν ἐστιν*, mox fini-
 ret nempe quod relatio sit, seu collo-
 quium

EPISTOLA

quiū cū Deo, aut ppter necessitatē,
 aut ppter gratiarū actionē. Qua de
 causa hoc nomine & inuocatio & eu
 charistia seu sacrificiū laudis cōpræ
 hēdūtur, aut si q̄s mauult more Pau
 lino sunt eius species, *δέσσις προσευχῆς*
ἐμπνεύσεως, et ἐυχαισίου. Deinde locus sit
 adiacētibus natiuis, ut fides est, p̄se
 uerantia, spes, sic & actibus, ut nō es
 se securū in oratiōe, indefinēter ora
 re, quorū subiectū est mēs priorū uel
 hoīs, uel angeli. Tū causę afferendę
 sunt, materialis sumit̄ ex multitudi
 ne periculorū et necessitatū, quas in
 numerū septenariū *καθολικῶς* Chris
 tus congegit, formalis iuxta alias
 atq̄ alias petitionum economias ua
 riat. Efficiens uero est, aut imperans
 mandatū dei est, aut seruiēs, est ne
 cessitas, seu tētatio & p̄missio dei. Fi
 nalis est uoti sui fieri compotem, est
 deo, ppter illius in nos beneficia, nō
 esse ingrātū, ex q̄bus effecta sequun
 tur, ut liberatio à cruce, obedientia
 gau^o

N V N C V P A T O R I A

gaudiū plenū, et id genus cōplura.
 Postea cōtingentia succedāt, ut à lo-
 co, nēpe cubiculo, tēplo, à tēpore est
 liturgia ἑσπερινή, nocturna, matutina,
 ut olim Christianorū erāt cœtus
 antelucani, quos impius Plinius iu-
 nior deridet, et ab alijs circūstātijs, ut
 iacere pronū, suspicere in cœlū, flere
 γονυκλιεῖν lingua græca aut ger-
 manica canere, aut cū certus uesti-
 tus exigīt, et quæ ijs sūt similia. Nūc
 citātur testimonia, q̄bus Christus ius-
 sit orare, et orātibus sua δευκτηρία ap-
 posuit. His accederēt similia cū infi-
 nitis exēplis utriusq̄ scripturæ, tā sa-
 cræ q̄ p̄phane. Licet em̄ nō semel p̄-
 phana cōferre cū sacris, ut hæc ma-
 gis illustrent, et illorū cæcitas cōmō-
 stret. Postremo ita in reliquis locis p̄-
 gendū est, nēpe cōparatis et repug-
 nātibus. Quē sanē morē si q̄s in discē-
 do, et docēdo themate seruauerit, di-
 cī nō potest, q̄ satis mature ad frugē

EPISTOLA

peruenturus sit, ut multo certius de
 repræsentanti dicturus & iudicaturus,
 quàm qui sine iudicio tantum præcepto-
 rum cognitione contenti sunt, qui non
 aliud agunt, quàm mutæ chartæ, quæ
 etiam si præcepta contineant, tamen
 pro dignitate nullam causam explicare
 possunt. Ceterum quid facto opus sit
 in composito themate, seu pronunti-
 ato, id consilium meum erit, ut eius me-
 dium inueniatur, quod causam ma-
 ioris termini & minoris coniungendi
 redderet, sic in promptu syllogismus
 erit, cuius maior fere *θεσις* est. Sit au-
 tem disceptatio de non mutandis le-
 gibus, cuius etymologia est, Quia quæ
 admodum periculosa sunt, multis mo-
 dis uitanda sunt, hanc propositionem
 amplifices licebit, comparatione eo-
 rum, quibus periculi uitandi sedula ra-
 tio habenda est. Enarranda sunt quoque
 que incōmoda *κατὰ περισσόμην*, quæ ac-
 ciderent ijs, qui periclitantur. Quæ
 omnia

NVNCVPATORIA

omnia cum adhuc lōge à scopo esse uidentur, mox ad negociū in minor re propositione accommodantur, uidelicet, quod mutatio legum talibus coniuncta sit periculis, quæ nō aliter secū trahit, atq; cœcias nubes. Siquidem uix minimū cōmutatur, quod nō continuo homines cōturbet. Idē enim in legibus fit, quod in ædificijs quæ ruīnam minātur, in quibus si unum tignū cōmotum fuerit, tota machina cōmouetur. Ita hic lex trahit legē, & si una fuerit translata, alijs non parū derogabitur, neq; ut antea, perpetuē sibi esse possent, postremo corruant necesse est. Quæ res quas nō factiones: quas non seditiones & tumultus in repu. apud Germanos cōcitauit, unde quæso suboriuntur nisi ex legum mutatione: Quia quilibet cerdonum sibi pro arbitratu permittit leges sancire, figere, & refigere ueteres magistratus de solio deturbare

iiiiij nouos

EPISTOLA

nouos designare, tanq̄ dignū patella
 operculū, nouas constitutiones suis
 ingenijs accomodatas cōdere, breui
 ter q̄dlibet illis licet, idq̄ apud impe
 ritā plebē, quę plane quadrata rotun
 dis cōmutat, postea nolētes uolentes
 palinodiā canūt, et ad priora magno
 suo malo recurrūt. Quod cū forsan
 & sua memoria uiderat Aristoteles,
 suadet receptas leges nō esse mutan
 das, etiam si quid habeant incommo
 di, atq̄ hoc modo conuenit inter sa
 pientes uiros et peritos reipub. ger
 endę, plerumq̄ perniciosā legū per
 mutationem, eosdem quosq̄ qui cō
 dunt & recondunt leges dicit infa
 nire Herodotus, ut qui paruas le
 ges & mores contēnunt, quū natura
 ita amamus patriā instituta, ut si om
 nibus hoībus facultas esset eligēdi o
 ptimas leges, tamē unū quēq̄ esse ele
 cturū patrias. Neq̄ respu. salua esse
 potest, ubi improbi leges creare sibi
 indulgēt, nō aliter atq̄ in ecclesiasti
 co scri

NVNCPATORIA

eo scriptū est: Qui dissipat sep̄mors
 debet eū coluber. Ita qui rēpu. cōtur
 babit in hortos intromittet serpētes,
 id est improborū licētiā. Dic queso
 quot hodie nouarū legū authorculi
 deseruerūt charā patriā, charos libe-
 ros, charos, ppinqs, atq; adeo capite
 diminuti nusq; nō aberrāt; Fateor ta-
 mē inesse quibusdā legibus quādā
 uicia, quibus tñ conuiendū est, ut
 in agroto sit corpore, si quæ tamē es-
 sent, quę naturę iudicio, pr̄sus repug-
 narent, et naturā corrūperēt, hæc pos-
 sent modeste prudētissimi, si pr̄sens
 adesset utilitas, cōmutare. Debēt em̄
 leges, authore Aristote, cū iudicio na-
 turali ratiōis humanę cōsentire, qua-
 re Vlpian. inq̄t, in rebus nouis cōsti-
 tuēdis euidēs utilitas esse debet. De-
 mosthe, scribit, locris fuisse legē, ut si
 quis nouā laturus esset, exponeret eā
 prius populo inserto collo in laqueū
 qui, si lex displicuisset, statim constrī-
 ctus autorem nouę legis strāgularet.

Quod

EPISTOLA

Quod consiliū si ex æquo omnibus
 placeret natiōibus, nō subito quispi
 am idiotarū manibus & pedibus in
 hāc prouinciam irrueret, cū itaq; tot
 incōmoda secum legum mutatio af
 ferat, quid tandem rerum est: ut non
 sanctas & ueteres leges retineamus
 Quid est quod nouas temere & sine
 prudentiū consilio congeramus?
 Sic & alia id genus quā plurima con
 gerere licet, uel ad iustam declama
 tionem. Satis mihi sit hic uiam indi
 casse, quis sit propositiōum aut syllo
 gismorum tractandorum modus, in
 quibus primum nuda membra attē
 denda sunt, postea explorandum est
 quæ nam ornamenta accesserunt nō
 tantum in dialogis, sed etiam oratio
 nibus & quibuslibet scriptis. Quam
 consuetudinem cum quis in suā na
 turam longo usu uerterit, authores
 que, uel quos legerit uel audierit, ad
 hanc amissim reuocarit, multum in
 bonis li

NVNCPATORIA

bonis literis fructum faciet, & iudici
 um exactum in controuersijs sibi cō
 parabit. Quibus de causis adductus
 Dialectica qualiacunq; magis corra
 sa quam scripta tibi nuncupo & dedi
 co, etiā si nō assuetus fueris, & tui con
 discipuli, tamen quia *μνημόσυνον* ami
 citiæ & disciplina contractæ, & be
 neficiorum multitudine cōfirmatæ,
 esse quoddam mihi uisum est. Ope
 ram autem meā successiuis horis tibi
 uel absenti denegare nequeo, bre
 uis quoq; ad te nonnulla de ratione
 studiij perferri curabo, si tantum per
 negocia hiscere cōtingeret. Be
 ne uale, Francoforti cis Via
 drum. Anno post na
 tum Christum.
 M. D. XXXVII:

IOANNES STURMI

V S CAROLO

Meio S.



Legantis est ingenij, Ca-
role, in re obscura et im-
plicata, quæ sentis, ea di-
lucide atq; expedite ora-
tione demonstrare. Id in Dialecti-
cis ita cōsecutus est V Villichius, ut
me mei, quem eadem in re susce-
pi, laboris tedeat. Aristotelica sunt
quæ præcipit, & è Rhetorum diuisi-
onibus nonnulla sumpta, quædam
etiam aliunde adhibita, quæ tamen
si uerbis peripateticorum non sunt
expressa, tamen re ipsa ab his quæ
Aristoteles tradidit non discrepant.
Itaq; cum hunc cognoueris, nihil
propè apud cæteros inuenies, quod
non antea didiceris. Quædam etiã
hic exprobrabuntur, quæ ab alijs
sunt exposita. Hæc præcepta ita tibi
commendo, ut si ad ea, quæ habes
adiun

explicantur

non

adiungas, multa tibi in differendi
ratione sint futura illustriora. Obse-
cro te mi Carole, ut, in quo uitæ ge-
nere te quotidie & tuos condiscipu-
los confirmare conamur, in eo per-
gas, neq; sinas naturæ tuæ bonitatē
malorum consuetudine, & uulgi er-
roribus deprauari. Hanc epistolam
mei atq; nostræ omnium erga te
uolūtatis esse uolo signum. Quamq;
non solum uoluntatis, sed etiam tes-
timonij, ut si quemadmodum cœpi
sti pergas, neq; te transuersis cōsilijs
à proposito itinere auocare sines, sis
magnus futurus patriæ ciuis. Hoc
ut labores te etiam atq; etiam

mi optatissime Carolerogo,

Vale. Argentorati Idib.

Februarij. Anno

M. D. LX.

LIBER PRI

MVS DIALECTICES DE

inventione .

QVID EST DIALECTICA?



EST ars, quæ certam
argumentandi ratio-
nem docet: Nam hæc
nostra probamus, &
quæ contraria sunt,
refellimus: Id enim est
uere argumētari. De
finitio autem & diui-

sio argumentationis instrumenta sunt, sicut reliqui
loci. Quare subiectum seu τὸ ὑποκειμενον totius
Dialectices est argumentatio.

VNDE DICITVR DIA-
lectica?

από τοῦ διαλέγεσθαι, quod est differere,
quod Germani dicimus, Eigentlich vom Ding redē
Ab hoc etymo Cicero diligentem differendi nomi-
nat rationem.

▲ Vnde

VNDE DICITVR ΛΟΓΙΚΗ?

ἐπὶ τοῦ λόγου, quod rationes, hoc est, argumēta, suppeditat. Qua de causa non immerito ars dicta est rationalis, etiam si λογικῶν artium genus suus pateat, quod Plato uel metaphysicæ facultati attribuit.

QVID DISCRIMINIS EST
inter dialecticē & logicē?

Quod est inter inuentionem & iudicium. Siquidem Logica, quid in qualibet re sit probabile perspicit, sententia Aristotelis, atq; sic syluam rationis, hoc est, probationis seu argumentationis subministrat, quam partem non parum Stoici excoluerunt. Dialectica autem inuenta iudicat, eadem non solum in lucem profert, sed etiam distinguit, quid rectum, quid prauum, quid uerum, quid falsum sit. Hac ratione factum est, quod Hammonius λογικῶν quidem inspectionis, Dialecticē actionis esse censuit. At cum Aristoteles eam artem, quæ post cæteras artes, ut Crassus Ciceronianus ait, inuenta est, in unum corpus redegerat, utramq; partem maluit frequentius dialecticē uocare, quam logicē κατὰ τὸ ἔξιον, forsan contra Platonem.

QVOMODO LATINE DICERetur
dialectica?

Alij nominarunt disputaturam, alij disputatoriā
alij dis.

alij disputatricem, alij disserturam iuxta analogiam
apud Latinos nondum receptam. Iccirco Græcum
potius usurpabimus uocabulum Quintiliani consi-
lio.

QVARE VETERES HANC IN
terrogatione & responsione constare
uoluerunt?

Ea de causa, ut ad rogatum bene responderetur,
quod uidetur in dialogis Platonis, in quibus prior
sermo est *Ἰντυτινός*, qui interrogat, qui querit:
Posterior est *Διαιτυτινός*, qui exponit, & interro-
gationi satisfacit. Quorum unus quidem Socrati,
alter uero Phædro, Gorgiæ & alijs discipulis at-
tribuitur, quem morem & scholasticæ quæstiones
obtinēt, & Cicero in suis partitionibus. Adde quòd
Megarici Philosophi tam orationes, libellos suos,
non alio conscripserunt modo, quàm per interroga-
tionem & responsionem.

QVOMODO DIFFERT DIA-
lectica à Rhetorica?

Sicut manus in pugnum compressa ab expli-
cita, ita cōcisa oratio à perpetua. Vtraq; ars ijsdem
penè instrumentis utitur, adeo ut rectè eam Aristo-
teles uocauerit *ἀντιστοφουτὴν διαλεκτικὴν*, utri-
que tamen suum manet officium, ut Rhetoricæ qui-

dem sit dicere, Dialecticæ autem differere, seu ut Plato ait, ἐν διαλέξει καὶ δόξαι. Dialectica enim tantū adumbrat, Rhetorica autem uiuos colores addit, & ornatum uerborum, alioqui utriq; communis est materia.

DA EXEMPLVM.

Esto primus psalmus, quem dialecticus uno fasce complecteretur, nempe hac propositione. Pius non perit, sed uiuit. Rhetor autem subiectum hypographe expolit non sine alijs ornamentis. Quis sit uerè pius, tam ex his quæ uitanda, quàm quæ expectanda sunt. Nam pius in conciliabulo non ambulat & uiuit, tantum abest, ut in catu ἄνθρωπων staret, seu in eorum consuetudine persisteret, multo minus istorum constitutionibus sedens acquiesceret. Mox eius contrarium obijcitur, nempe eum esse piū, qui uoluntate diuina semper acquiescit; & ad eius ductum uitam suam instituit. Dialecticus autem breuiter, καὶ ἐπιτόμως eum finiret piū, qui Decalogum Dei seruaret. Deinde prædicatum quoq; explicat similitudine palmæ, in Hiericuntide, quæ nō arefcit, cui nec calor obest, nec oneri succumbit, quā notatiōe Physiologica depinxit, atq; prorsus id uult quod aliās dicitur: Iustus ut palma florebit. Postea ut totum negocium magis patefiat, & ob oculos ponatur

DIALECTICES.

5

natur, καὶ ἀντιθετικῶν impium confert pulueri uo-
latili, quem turbo prouoluit. Postremo Acclama-
tior rationem & summam psalmi continet. Sic Dia-
lecticus Ciceronis orationē pro Archia Dilemmate
explicuisset hoc modo. Archius aut est ciuis, aut non
est. Si ciuis, igitur è numero ciuium segregandus
non est. Sin minus, utiq; asciscendus est. Cuius sane
utranq; partem (qua totum orationis corpus con-
stat) mirifice non tantum probat, quod etiam Dia-
lecticus præstat; sed etiam multis schematibus
exornat.

DIC SVMMAM DIFFE-
rentiæ.

Nuda membra proponit & dijudicat Dialecti-
cus, cui cura est μέθοδος τῶν λόγων, ut Aristo-
teles appellat. Sed Rhetor addit sua ornamenta,
ut oratio sit popularior, ne sit spinosa & horrida.

QVOTV PLEX EST DIA-
lectica?

Duplex, Vna est inueniendi ἐνθετικῆ, Altera est
iudicandi κριτικῆ.

QVID EST INVENTIVA?

Que argumenta inuenit ad Thematis confirma-
tionem. Et quia locos & sedes habet, ex quibus ea,

A 3 uelut the-

uelut thesauris depromuntur, *Τοτικὴ* nominatur.
Vicem quidem consilij gerit, quo deliberatur quid
de qualibet re dicendum est.

QVID EST IUDICATORIA
Dialectica?

Quae argumenta inuenta & excogitata in ius
uocat, & exacto perpendit iudicatq; , non aliter
atq; Lydius lapis aurum, ut quis uideat, & regu-
lam habeat, qua uera & falsa dijudicantur, & quae
quibus praepositis essent, quaeq; non essent consen-
tanea. At illa est prior, cum rerum notitia primum
locum habeat. Deinde sequitur uerborum copia,
quod & Horatius uoluit: Verbaq; prouisam rem
non inuita sequuntur. Id consilium Rhetoribus
quoq; placuit, quibus prior cura est rerum, quam
uerborum.

QVOT SVNT ELEMENTA
inventionis?

Tria sunt, Praedicabilia, Praedicamenta, & ra-
tio definiendi & diuidendi.

QVARE VOCANTVR
Elementa?

Quia priora duo ad finitionem & diuisionem
referuntur. Sunt enim *ὀρίσιμη ἰγ διαίρεσιμη*
inuentio

inventionis prima principia. Recte igitur hæc pars Elementaria dicitur, siquidem sunt artium progressionem, quas Plato προείασσ nominat. Incipiendum enim est primum à simplicibus uerbis, & ad copulata transeundum, ut ad definitionis et diuisionis, & aliorum locorum rationem gradus fiat. Itaq; hic à simplicissimis principium faciendum est.

QVID EST PRAEDICABILE?

Est quod prædicatur aut de uno, aut de pluribus. Sic enim Porphyrius inquit, κατὰ προείασσιν ἢ κατ' ἐνός, ἢ κατὰ πλείονος. Neq; uero aliud sibi uult uis nominis uerbalis.

QUARE DICUNTUR VOCES prædicabiles?

Ad cognoscendum in dictionibus angustiam & amplitudinem. Sunt enim quæ de singulis, quæ de nonnullis, quæ de quibusdam, quæ de pluribus seu cunctis, sed intra suas limites, prædicantur. Ex his quædam insunt, quædam non insunt, quædam de subiecto, hoc est, de inferiori dicuntur, quædam minus.

QUOT SVNT PRAEDICABILIA?

Sex: Individuum, Species, Genus, Differentia, Proprium & Accidens.

LIBER I.

QVID EST INDIVIDUUM

ἢ ἀτομὸν?

Est quod de uno prædicatur, ut Cicero, Cato. Alia autem ratione Grammatici dicunt, Catones, Cicerones, Scipiones.

QUOTVPLICIA SVNT

individa?

Duplicia, Aut naturalia, quæ absolute propriorum sunt nomina: Vel Deorum ut Iupiter, Apollo, Hercules Alemannus, Mercurius Saxonicus: Vel hominum, ut Paulus, Pancratius, Albrechtus: Vel brutorum, ut Cerberus, Pegasus, Balius: Vel Astorum, ut Orion, Cynosura, ἢ ἄλλοι: Vel montium ut Cælius, Piniifer, Carpathus: Vel Maris & Sinuum, ut Balthicum, Venedicum apud Regionem Borussiae: Vel fluuiorum, ut Albis, Viadrus, Istula: Vel fontium, ut Hippocrene &c.

QUAE NAM SVNT ALTERI

us generis individa?

Artificialia, Hæc tribus fiant rationibus. Aut κατ' ὀποταγὴν, id est, per suppositionem, ut Pelei filius pro Achille: Aurum Cræsi: Iouialis fagus Iouis Aquila. Aut περιφραστικῶς, Troiani belli scriptor pro Homero, euersor Carthaginis & Numantie pro Scipione Africano. Aut ἐπιδ' ἐκτικῶς, ut hic equus, ὁ ὄκνος ὄνος.

Quid est

DIALECTICES

QVID EST SPECIES

είδος apud Platonem ἰδέα.

Est quod ordinatur sub genere, & de quo genus in quid prædicatur. Porphyrius εἶδος δὲ τὸ τὰ τὸ μέρους ὑποτὸ γένος, καὶ οὐ τὸ γένος ἐμ τῷ τί δὲ καταγοστὰς. Itaq; non desunt, qui species Latinis esse partes quidem, quādo ijs genus attribuitur, formas uero quando generi suo subiiciuntur unā cum suis differentijs, memoriæ prodiderunt. Vt Gummi de Myrrha, quæ nobis uera nō est, de Stacte, quæ Myrrhæ liquor pinguisimus est, de Sagapeno, quod nunc uulgo Serapinum uocatur, de Ammoniaco, quæ latinis gutta Ammoniaca est, & de alijs compluribus. Ad hūc modum, uas escarium, Lance, Scutula, Catino, ferculo, patina, paropside, & alijs id genus est cōmunijs. Hæc quoq; causa est, cur de his dicatur.

QVAE SVNT OBSERVANDA

in hac definitione ?

Duo, Ordo & prædicatio. Ordo quidem quando sub suo genere ponitur, ut Pyrus, Betula sub arbore: pluma sub penna: crux sub afflictione, cadus, congius, urna, amphora, linter, cupa, cybium, culeus, & alia sub uase, sed uinario collocantur. Prædicatio uero, quia in quid prædicatur, ut si rogatus fueris. Quid est musca, quid taurus, quid tympanites,

Respondetur ad singula: Est insectum, est armentum,
est morbus.

QVOTVPLEX EST SPECIES?

Duplex, Vna est specialissima seu ima, ἰδίως
ἰδίωτατον. Et est commune uocabulum indiui-
duo proximum, quod de pluribus numero differenti-
bus prædicatur in eo quod quid est, ut equus dicitur
de Xantho, de Podarge, de Eucephalo, quibus finien-
dis redditur proximum nomen equi.

QVAE DIFFERUNT

numero?

Indiuidua, quæ dum numerantur discrimen ali-
quod statuunt, de quibus solis una species prædica-
tur.

POTEST NE SPECIES ESSE

genus?

Potest, quando indiuiduis comparatur, siquidem
hec in indiuiduorum finitione prima occurrit. Ideo
querenti, quid est Aethon? quid Ἀποιός? Reddi-
tur ad prius, est equus, ad posterius, est canis Acteo-
nis. Hinc factum est, quod oratores sæpe nomen ge-
neris pro specie usurpent, ut multa sunt genera uio-
larum, absinthiorum, gemmarum, herbarum, pocu-
lorum &c.

QVAE EST ALTERA

species?

Subal=

Subalterna seu media, ἑίδος ὑπέλλαγος. Et est, quæ diuersa ratione & genus & species esse potest. Nam in schematibus exemplorum, si sursum uersus uideris, speciei: Sin autem deorsum uersus, generis rationem sibi uendicat, eadem species subalternans uel ὑπέλλαλος.

DA VNVM AVT ALTE
rum schema.

Sit animal, Piscis, Cancer, Camurus, Leo, Carabus Krabbe. Aut arbor seu φυτόν, uitis aminea, traminuer, Appiana muscateller, Rhetica uel kleinere Δεξιόκη, sicut ficus Δεξιόκη apud Constantinum de agricultura. In priori si piscem ad animal contuleris, species, sin ad cancrum, genus est, econtra Cancer ad Carabum, genus, ad piscem species est. Idem fit in posteriori, Vitis enim ad arborem formæ nomen accipit, ad Appianam generis. Eodem modo poculum ad uas uinarium speciei appellationem recipit, sed generis ad scyphum, ad cyathum, ad calicem, ad cypellum, ad gurtum, ad cantharum, ad lagenam, ad craterem &c.

QVID EST GENVS?

Est quod de pluribus, quæ specie differunt, in eo quod quid est prædicatur: Vt animal prædicatur de aquila, de pisce, de Onocrotalo. Virtus de iusticia liberalitate, fortitudine, & temperantia. Item Metallum

tallum, quod dictum est, quia ἄλλοι μετὰ ἄλλοι,
 hoc est, aliud post aliud inueniatur, fusijs est auro
 quod neq; simplex est, Cerussa, quæ Germanis dicitur
 Plumbi albugo bleiweis, Lithargyro Germanice glet,
 Argento, quod est modo infectum, vngemacht silber,
 modo purum putum, πολυλαξισ ἐξιδει purlauter silber,
 modo Hidragyrion, quod itidem uariat, Aut enim est perpetua uo-
 mica, qua nos utimur quæct silber, aut metallicum
 quod his mistum reperiatur, aut ex Minio apud
 Dioscoridem & Plinium, aut ex marmore apud Vi-
 truuium, & id ipsum alumine deniq; fusijs patet,
 quod iurisconsultorum sententia huius loci est,
 qui hoc uocabulo complectuntur quicquid sub terra
 effodiendo reperiatur.

QVAE DIFFERUNT

specie;

Quæ sunt diuersæ speciei sub uno Genere, ut
 alia est species Cinamomi, quod nobis Mosylicum
 est, tanquam Cassia Syrinx Symmetrinden, alia
 Caryophyllorū, alia zingiberis sub Aroniate. Aut
 si uis, primum sub cortice, secundum sub fructu,
 ultimum sub radice complectere nihil peccabis.

Diffe-

DIFFERUNT ET INDIVI

dua specie?

Maxime, quatenus sub diuersis contineantur speciebus, ut Cerberus, & Pegasus. Ille sub cane, hic sub equo comprehenditur.

QVARE DICTVR GENVS?

Similitudine quadam, Nam ut Pyrrhus ad Iouem, ut Vlysses ad Ithacam, ut Tuiscones ad Tuisconem Gentilitium (ueluti ad exordium natalitium cuiuslibet, seu à genitore, seu à patria seu à quadam cognatione & institutione deditum) nunquam non respiciunt, Ita & Species ad Genus est mutua affectio, & ea quidem naturalis.

QVOTVPLEX EST GENVS?

Duplex, Generalissimum & Subalternum.

QVID EST GENERALISSI-

mum, uel ἀνωτάτου, uel
γεννώτατου?

Est, quod cum sit Genus, species esse nequit. Nam ultra hoc progressus non est. Sicut extrema species in alias diuidi non potest, sed tantum in indiuidua.

QVOT SVNT SVMMA

genera?

Decem, & uocantur Prædicamenta

Quod

QVOD EST SVBALTE R

nium seu subalternans

ὑπὲρ ἄλλου :

Est quod genus & species esse potest diuersa ratione. Subest enim nunc alijs, nūc præest, ut Vir- tus est ad habitum species, ad liberalitatem genus Sic lex ad senatusconsultum, ad plebiscitum genus est, ad ius species, Quare & intermedium appella- tur, quod sit inter summum genus & imam for- mam medium.

QVID EST DIFFERENTIA :

Est qualitas, qua rerum species inter se differunt, autore Aristotele.

QVOTVPLEX EST

differentia?

Duplex, Vna est substantiæ, altera accidentis.

QVID EST DIFFERENTIA SVB

stantiæ apud Aristotelem Διαφορὰ ὀυσ

αἰσ, apud Porphyrium ἰδιόποιός

αἰσ, aut quæ dicitur ἰδιότατα,

hoc est propriissime?

Est quæ prædicatur de pluribus specie differen- tibus, in eo quod quale: Ut rationale (sit interius hoc ueræ differentie loco) hominem à brutis distin- guit, λογικου enim discernit hominem ab eo, quod est ἄλογου, hoc est, brutū, aut iuxta Quintilianū mutum,

mutū, quoniam non solum ratio, sed etiam sermo hominem à reliquis animantibus separat. At cum hoc ipsum sit ambiguum, nec dum satis confirmatum & necessarium, alij mente peditum esse, potius homini attribuerunt.

QVOTVPLEX EST ACCIDEN

talis κατὰ τὰ συμβεβηκός?

Duplex, aut communis, aut propria,

QVID EST COMMVNIS DIFFERENTIA

ἑτερότησ seu

κοινῶσ?

Est quæ ex accidentibus separabilibus constat per quæ aut alteri, aut sibi quis est dissimilis & alius, Vt nunc puer, nunc iuuenis, nunc formosus, nunc deformis Hector, Menelaus quidem laconicōs dicebat, Vlysses autem uberrime.

QVID EST PROPRIA

quæ dicitur ἰδίωσ?

Est quæ fit per Accidentia inseparabilia, ut albedo in Cygno, nigredo in Coruo, hac quoque est Minerva γλαυκῶπις, Thersites φόξος, Vulcanus claudicans, odor in aromatibus, motus superioris labri in Crocodilis Aegyptiacis.

EST NE ALIA DIFFERENTIA

diuisio?

Est, Vna constituens, Altera diuidens.

Quia

QVID EST CONSTITVENS

ΟΥΣΑΤΙΚΗ?

Quæ genus quidem cum differentia connectit, ut inde speciei nomen existat. Hæc autem maxime necessaria est. Nam hac sola subuenimus inopiæ uerborum, quibus species nominandæ sunt, ut oua primum sunt ex ratione cocturæ, seu apparatus, seu actuum aut tremula τρομυτὰ, quæ adhuc tremunt & tantum incaluerunt, aut sorbilia γοφνυτὰ, sunt & ἑπάλαια, id est, liquida, mollia, aut suffocata in aromatis, garo & oleo, apud nos butyro, aut frictelata, seu sartagine frixa τρυγανισα, aut ὀπτηδένυτὰ, assata & tosta in cineribus, aut ἐφτυτὰ, quæ bene percocta sunt. Deinde alia ex substantia seu subiecto, ut anserum, gallinarum, anatum, piscium, quæ salita in pastillos durata ὠτὰ τὰ ἑλα appellatur. Postea ex partibus ouorum, alia sunt ὀσθακόδεγμα, quibus testaceū est putamen, alia μελακόδεγμα, quibus idē molle est. Postremo ex cōtingentibus ouorum iuxta tempus alia sunt recentiora, ut χυτὰ, quæ tota lutea sunt, & triduo incubata tolluntur. Alia uetera quæ requieta dicuntur oua, alia uria, quæ flatuosa sunt, generationi inepta, quæ colliguntur Augusto mense, decrescente luna, Winter eyer. Item mala rotunda seu orbiculata, schreibpffel, armeniacæ forsā Amarellen. Medica, apud

ea apud Assyrios Citria, & nunc passim poma seu mala arantia Pomeranz, Punica Granatöpfel Persica pfristen. In quibusdam tamen sua esse uocabula uidentur, in quibus hoc remedio opus non esset ut Chrysomela apud Virgilium aurea mala, Melinela autem apud Varronem credo esse mustea mala, sed hæc à priore forma parum recesserunt.

Quid est diuidens differentia

Διαφερικὴ?

Est quæ genus in species diuidit, ut hominum alij serui, ut Stichus quasi σιχτός, cui iniusta erat nota, tanquam stygmatis, qui compunctus erat notis uel iudaicis olim, cuius mentio fit Leuit. 19. uel hodie Threitijs: Alij liberi, ut apud Romanos Menius Titius, Sempronius &c. alij neutri, nam apud Lacedæmonios erat quoq; media fortuna inter liberos & seruos, & dicebantur εἰλωτες, sicut apud Thesalos πένεςαι, apud Cretenses, μνωίται, apud Mariandynos δλορυ φόγοι, apud Sicyonios κορυβί φόγοι. At quando speciebus sua nomina desunt, tunc fit diuisio in species per differentias, ut arborum aliæ ex semine, aliæ sponte nascuntur, Virgilius & Plinius addiderunt & radice. Sic rerum aliæ sunt bonæ, aliæ malæ, aliæ mediæ.

Quid est proprium ἰδιον?

B

Est quod

Est quod inest omni, soli & semper, & conuersim dicitur. Ideo est qualitas accidentalis, conuertibilis, ut Christianorum est Deum metuere, in Deum credere, & proximum diligere: Iusticiæ est cuiq; dare suum: Hominum est indagare, inquirere uerū, ideo ἀλφυσάι apud Homerum & Hesiodū uocantur.

Sunt ne alia propria?

Sunt, Aut quæ soli speciei conueniunt, sed non omni, ut Christiani hominis est prædicare Euangelium et λειτουργία administrare, nam id cuiuslibet nō licet, nisi ad id ministerium uocatus fuerit. Tueatur enim quisq; suā sortē: Aut quæ omni speciei sed non soli, ut liberos progignere eosq; educare, cōmune est omniū animantium generi, et nō tantum homini: Aut quæ omni speciei, et soli, sed nō semper conueniunt, ut est illud Porphyrij, τὸ ἐν γήρατι ολιῶδες in senectute canescere.

Quodnam est discrimen inter differentiam & proprium?

Sæpe nullum est. Nam Aristoteles & Cicero alibi sub proprio differentiam cōplexi sunt. Sæpe tamen id statuitur, ut differentia significet substantiæ partem, ueluti in homine est mentē habere. At proprium δὲ ἰατρικόν seu officium uel rerū, uel personarū, ut Medici est conferuare ualetudinem, Ecclesiæ
stæ est

ste est institueret & uita & doctrina uerbi dei, debet enim esse forma gregis, & præco uerbi diuini, ut sit dignus & iustus: Aulicorum est tractare negotia & consularia & prætoria, illic quidem ut sit iusta religio & εὐνομία, hic autem ut uerè ius dicatur, ut innocentia defendatur, ut honeste uiuatur.

Quæ si fecerint tum iure de lunatis calceis gloriari liceret. At sunt qui propriū esse unius speciei, differentiam plurium statuunt, ueluti ridere solius hominis est, sed mēte præditū esse, cōpetit et cœlestibus animis. Itaq; in genere cōmunis natura omnibus, in differētia peculiaris paucioribus, in proprio singularis significatur, quæ generi accedit. Quamobrē propriū est uere αὐτὸς ἑαυτοῦ, differētia non item.

Quid est accidens

συμβεβηκός?

Est quod subiecto adest uel abest præter eius in teritum. Est enim qualitas accidentalis non conuertibilis, ut futilitas in Thersite, iracundia in Achille πολὺς ἰσχυρία in Vlisse.

Quotuplex est accidens?

Duplex, Separabile, & Inseparabile.

Quid est separabile χωρὶς οὐ?

Quod citra negotiū à subiecto separari potest, ut

à sponso tripudium et saltatio, à diuite condemna-
tio, siquidem non semper diuitiæ spinosæ sunt, Sic
et ab impijs resipiscentibus scortatio, auaritia,
ebrietas.

Quid est inseparabile ἀχώρισον?

Est quod aut nunquam, aut certe quàm difficillime
separatur, Vt calor ab igne, humor ab aqua, albe-
do à Cygno, fides à sacramentis, sapientia à timo-
re Dei.

Quod sunt prædicabiliũ quæstiones?

Duæ, Quid et quale: Quid querit uocabulum
commune, non solum totam definitionem, primum
in indiuiduis (quæ tunc speciei naturam subeunt)
fit quæstio: Quid francofordium? Est urbs: Quid
Darius homo, seu rex? Deinde idem fit in specie:
Quid est lex? est scientia. Quid est opulentia? est
copia rerum quæ diuinitus datæ sunt ad uirtutis mi-
nisterium. Postremo tantundem præstat in genere
quod hic subalternum esse debet: Quid est Metal-
lum? est corpus: Quid est fortitudo? est uirtus. Illi
enim aliquot species Cicero subiecit. Sunt autem
quæ in scholis transcendentia uocantur, ab Aristo-
tele τὰ πρῶτα ἐπιπέμενα. Superant enim summa
genera, et omnibus rebus naturalibus competunt,
usitatissi

usitatissima tamen sunt omnium τὸ ὄν, τὸ εἶναι, quod est, ut nunc loquuntur, ens & unum.

Vbi queritur quale?

In differentia quod essenziale dicitur, nam substantie certè pars est: Quale animal est homo? quod mentè habet, quod λογικόν est, quod quia nonnihil cum genere commune est, Græci γενικόντι uocant. Nunc in proprio: Qualis est homo? nempe talis, cui uox est diuisa, uel qui articulatim loqui potest. Ea de causa dicitur μέγροϛ, nam cui inest τὸ μέγρον ἔστω ὄπτα est homo. Nunc in accidente. Qualis est herba Cinicus? quæ est folijs oblongis, asperis, & aculeatis, quæ incisuris diuisa sunt, caule cubitali, cui capitula sunt magnitudine thallie, & semine quod Croco nõ dissimile est, uulgo Cartamus gartè d'afferan. Cæterum quando totum corpus finitionis exigitur, non per quale sed per quid fit quæstio. Sæpe tamen non est inutile docendi gratia partem finitionis à discipulis afferri, uel inuito Laurentio Valla.

Quotuplex est usus prædicabilium?

Multiplex: Primus est ut communia uocabula dinoscantur, quam nam κοινωνία, & mutuan

B 3 quandam

quandam cognationem societatemq; inter se habent, uidelicet ut quæ fufius pateant, eadem de angustioribus prædicari possint, unde prædicabilia uocari cæpta sunt. Huic id quoq; affine est, cū res naturalis ad suū fontē reducitur, Centaureū enim Amararū, Prasilum, magis ad herbā respiciūt, quàm ad Helicen Achiui. Rursus hinc colligitur quàm multæ species seu Ideæ ex fonte eodem hauriūtur. Quemadmodū in animalibus Aristoteles, in piscibus Oppianus, in plantis Theophrastus, in herbis Dioscorides fecit. Breuiter hic gradus à supremo ad infimū habetur, & uicissim ab infimo ad supremū, quæ res scripturietibus maxime cōducit, hinc recte constabit quare sint uniuersalia.

Quis est secundus usus?

Facit ad naturas propositionū cognoscendas, quoniam genus, species, differentia, propriū, et indiuiduū, necessaria efficiūt pronuntiata, ut Vultur est accipiter, Alastor est dæmon, seu apud Claudianum equus Plutonis. Cæterum accidens prædicatum non necessario cohæret subiecto: Græci sunt hospitales, Plato poëtis insensus est, Aristogiton est infamis.

Quis est tertius usus?

Conducit ad finitiones et diuisiones, quoniā nihil diffini

diffiniri solet, nisi species cui genus cum sua differentia accedit. Postea diuisio fit quando genus in species per differentias diducitur.

Est ne quartus usus?

Est. Porphyrius ad methodū scientiæ demonstrationis conferre ait, utpote εἰς τὰ ἀποδείξεως. Nam finitiones et diuisiones ad principia demonstrationum ut plurimum pertinent, & illarum utraq; hinc petitur. Igitur per illas ad demonstrationem conducere uidentur.

Quod nam est alterum elementum inuentionis?

Est prædicamentum.

Quare dicitur prædicamentum?

Quia de omnibus rebus naturæ sub se cōprehensis prædicatur, qua de causa graeci κατήγορίαν, Quintilianus uero elementa nominauit uocabulorum.

Quis est prædicamentorum usus?

In presentia est, ut finitionū materia sit in promptu, nam in his sunt omnium rerum classes, quæ sub uno genere seu prædicamento collocantur, Hæc

πρῶτα τῆσ φιλοσοφίας Aphrodiseus appellauit, quod sint rerum cognoscendarum prima capita, sicut Archytas λόγος καθ' ὅλου, hoc est, uoces uniuersales, ut sub quarum ambitu omnia contineantur, quæ ab eodem quoq; inuentæ sunt, sed ab Aristotele recognitæ, cuius titulo et hodie tractatur.

Sunt ne plures usus prædicamentorū?

Sunt: Nam ex his argumentorum loci, circumstantiæ, amplificationes, de quibus Rhetores multa docent, petuntur & colliguntur. Hac igitur ratione possunt dici attributa negotiorum, personarum & locorum, sed Dialecticus eatenus obseruat, quatenus sunt ἀρχαὶ τῆσ λοικῆσ πραγµατῆσ, autore Aphrodiseo.

Quot sunt obseruanda in cognitione prædicamentorum?

Τὰ πρῶτῶν κατὰ γογιῶν, hoc est Antepredicamenta, in quibus attenduntur potissimū Ordo et nomen.

Quid sibi uult nomen?

Id uult, ut pro certo habeamus, quibus & quomodo locus esse potest in prædicamentis, quatuor enim excluduntur.

Quodnam est ex his primum?

Vox

Vox πολῦσμος, seu ambigua, quæ est multarum significationum, in quo genere sunt homonyma, quæ modo in Dialecticorum phrontisterio æquiuoca nominantur, & sunt quibus uox quidem communis est, sed per ipsam res alia atq; alia significatur, ut harena sub pulueris nomine est in substantia sed quædo copiam κατὰ μετωνομίαν significat, ueluti quando benedictio Abraham cum harena litoralī confertur, est in quantitate discreta, quando autem κατὰ συνεκδοχὴν & metaphoram inconstantiam, est in relatione, seu loco. Refertur enim ad Petram, id est, cōstantiam. Vnde natæ sunt phrasæ Theologicæ, ædificare super harenam, supra petram, & apud prophanos autores, descendere in harenam, hoc est, locum harenosum, in quo certamina ferè constituebantur. Item Baculus suapte natura est in substantia, in relatione autem pro sceptro, pro magistratu κατὰ μετωνομίαν. In quantitate est pro copia ut aquæ Esaiam & Oseam baculus panis, hoc est, uis & copia annonæ μεταληπτικῶς. Est quoq; sed figuratè in habitu, quando nudum signat, ueluti quando in baculo per Iordanem pertransierunt. Symbolum enim paupertatis est solus baculus, qui etiam Apostolis à Christo concessus est. Sunt quoq; hic παρώνυμα apud Latinos denominatiua, in grammaticis passim nomine concretorum

et abstractorum comprehenduntur, quorum postrema tamen proprie prædicamentis inseruntur, ut prudentia, iustitia.

Quid sentiendum est de synonymis, hyeronimis, & polyonymis?

Illæ admittuntur in prædicamenta. Sunt autem synonyma, seu ut hodie in scholis appellant uniuoca, quæ non differunt neque nomine, neque definitione, ut homo, Leo, utrumque enim est corpus uiuens, sentiens, igitur animal, eatenus conueniunt rei, nominisque communitate. Polyonyma autem sunt quando plura nomina uni rei tribuuntur, quæ uulgo synonyma sunt, ut ensis, gladius, spatha, machæra, in quibus tamen non penitus ἰσοδυναμία constituenda est. Hæteronyma et re et nomine differunt, ut Oryza inter legumina, Scarabeus inter uerres, Bonosa inter uolatilia animalia, seu aues, Milliarium inter mensuras geodeticas numeratur.

Sunt ne alia in nomine obseruanda, quæ hinc excluduntur?

Sunt adhuc tria: Primum uox logica, quæ τὸ ὄνομα ponitur, ut nomen, participium, species: Secundum

cundum est uox complexa, ut iustus homo, nisi loco simplicis seu incomplexi posita fuerit, quod genus est scientia iuris ciuilibus: Vltimum est uox transcendens, quæ superat & transcendit omnia genera summa, qualis est Ens & Res. Sunt enim uoces communiores ipsis categorijs, de quibus consulendus est inter alios Laurentius Valla.

Quid exigit ordo?

Vt haberetur certa prædicandi ratio, quæ de quibus dici possunt.

Quotuplex est ordo?

Duplex est, Aut unius generis seu prædicamenti, in quo κατὰ σῶςτην idem de inferioribus, quod de superioribus prædicatur: Homo est animal igitur corpus animatum. Hæc autem prædicatio dicitur, ὀνομαστικὴ essentialis: Aut est diuersorum generum, seu prædicamentorum, quoties uoces ex diuersis prædicamentis congeruntur, ut cælum mouetur, Episcopus fidelis & prudens minister Dei est, prædicatio huic fit denominatiua, & accidentaria.

Quot

Quot sunt prædicamenta?

Decē.	{	Substantia	ὀυσία.
		Quantitas	ποσόν.
		Qualitas	ποιόν, ποιότης in 4.
			Acad. Quest. Cicero.
		Relatio	πρόστι
		Actio	ποιέειν
		Passio	πάσχειν
		Vbi	πού
		Quando	πότε
		Situs	πέδιαι
Habitus.	ἔχειν.		

Quid est substantia?

Est subiectum in quod accidentia cadunt. seu eorundem fulcrum est, ut homo cum suis partibus, in quo est scientia, uirtus, forma, & alia bona seu mala corporis, fortune & animi. Est enim homo, cuius fundamentum iactum, cui quæ accidunt innituntur. Quare Græcis illud quidem est ἀυδυπόςαι του, quod suapte natura consistat. Hæc uero ἐτερονπόςαιτα, quod in alijs sese suffulciant per se non consistentia.

Quomodo differt substantia ab essentia?

Sicut ὑπόςαισις ab ούσία, nā ὑπόςαισις tā est quam

est quàm subest. Quare $\delta\upsilon\sigma\iota\alpha$ huius pars erit, qua tenus esse dicitur, eatenus enim omnia prædicamenta $\delta\upsilon\sigma\iota\alpha$ erunt, subsistendi ratio ad primum duntaxat refertur prædicamentum, accidentium sustentaculum.

Est ne particio substantiæ in prima quædam capita:

Maxime, Nam omnis substantia aut est incorporata, aut corporata: Incorporata quidem est, quæ nulli alligata est corpori, ut spiritus, cuiusmodi sunt Deus, angeli, cacodæmones, $\nu\omicron\upsilon\sigma$, qui recentioribus est intelligentia: Corporata autem est uel simplex, uel composita: Simplex quidem ut elementa, ut æther, sub cuius appellatione ferè orbes cœlestes capiuntur, ut cœlum suprà, cœlum crystallinum, utrunq; à Theologis nonnullis inuentum, deinde est firmamentum Græce $\alpha\pi\lambda\alpha\nu\epsilon\sigma$, in quo sint $\phi\alpha\epsilon\upsilon\omicron\mu\epsilon\nu\alpha$ Arati. Sub hoc succedunt Planetae & lumina duo: Composita autem est aut absoluta, aut nõ absoluta, sed absoluta modo uiuens, uel sine sensu ut stirps cum arbore, frutice, suffrutice, & herba eiusq; partibus, cuius ordinis sunt olera, legumina, radices, arbuta, frumenta, gummi et resina, aromata, poma, nuces, semina, flores, bulbi, ut ascaloneum quod corrupte passim ascanium uocatur aschloch-
Vel

Vel cum sensu, quæ est nunc ζωόφυτον, nunc animal. Quod rursus iam rationale, ut homo, iam brutum est, aut uolucres, cui adnectuntur insecta, Græcis ἐντομα dicta, aut terrestre, quod est uel gressibile, qualia sunt armenta, pecora, feræ, bestiae cum suis catulis, de quibus Aristoteles consulendus est potissimum: Vel serpens uel reptile, quo in genere describendo copiosus est Nicander. Et eiusdem farinae sunt adhaesa, ut Cochleæ: Vel aquatile, de quo Oppianus & Ouidius, eiusque loci sunt ἐμψυβία. Modo eadem est absoluta, quæ uitam non habet, ut metallum, lapis, gemma, montes, urbes, (quæ duo alia ratione in prædicamento ubi reponuntur) oua, poculenta, esculenta. Huc referenda sunt olea, condimenta, lactaria opera, adeoque tota magirice. Id tamen summopere obseruandum est, quæ classe totum est, eadem & partes esse. Ceterum substantia in absoluta est in Meteoris, de quibus Aristoteles & Pontanus haud poenitenda posteris memoriae prodiderunt.

Partire quædam capita in angustiores formas.

Sit primum spiritus, quod ad primam usque substantiam resolui potest, quæ cum maxime sensibus nostris

nostris sit exposita, & alijs omnibus subiiciatur,
 merito $\kappa\omicron\rho\iota\omega\tau\acute{\alpha}\tau\eta$ nominatur, quod omnibus tum
 propter certiolem sui cognitionem, tum propter
 aliorum, quæ accidere uidentur, fundamentum sit
 præstantior, cuiusmodi sunt, quæ supra indiuidua
 uocabantur. Est autem spiritus, ut quàm crassissime
 planum faciam, aut creans aut creatus: Creans qui-
 dem uel generans, ut pater, uel genitus, ut filius $\acute{\alpha}\nu\tau\omega\varsigma$,
 uel spirans, ut paracletus: Creatus aliàs
 est in angelis, qui uel boni sunt tanquam ad-
 ministratorij, ut Michaelus, Rhabphaelus, Samaelus
 Sarkielus, & alij, uel mali Christi & Christiano-
 rum ceu leones rugientes insidiatores, ut Belial,
 Sathan, Leuiathan, Beelzebub, Beal peor, Mo-
 lech. Huc nonnihil spectant Syrophœnissæ, Py-
 thonissæ. Aliàs manes complectitur, ut Anchi-
 ses, Vlysses, & alij campi Elisij incolæ, Lares, Ge-
 nij, qui uelut $\mu\epsilon\sigma\iota\tau\epsilon\alpha$ sunt inter homines & De-
 os internuncij apud Ethnicos. Aliàs demones con-
 tinet, quorum alij sunt medioximi, qui ut dijs ali-
 quanto minores, ita hominibus maiores sunt, si-
 cut Romanis, Castor & pollux in honore erant,
 alij popi seu $\delta\iota\omicron\pi\omicron\iota$ omnium rerum humanarum
 spectatores & arbitri, alij heroes: Huius autem
 loci sunt sex genera Dæmonum apud Psellium.
 Aliàs deniq; animam comprehendit, quæ in planis
 $\delta\epsilon\mu\omicron\iota\tau\epsilon\alpha$

tis θρεπτικὴ καὶ γυναικικὴ, hodie uegetatrix,
in brutis ἀιδυτοσ̄ sensitiva, in homine νοητοσ̄
rationalis,

Resolue Olera.

Olera sunt herbae sativae, quae edendo sunt una cum
folijs & caule. Horum autem formae sunt atriplex
quod est Chrysolachanum, id est, aureum olus, Atri-
plex uero Hispaniensis est, uulgo spinachia, Brassi-
ca aut crassa, de qua Theophrastus, aut leuis λεϊόσ̄
φυλλοσ̄, est nostrum τὸλ. Veteres enim caulem &
colem dixerunt ex literarum cognatione, aut ma-
rina θαλασσια apud Plinium olus marinum, uul-
go Soldanella, aut capitata apud rei rusticae scri-
ptores, aut Eritiana, uulgo caputium, aut agre-
stis &c. Blitum est quoque olus sed ignauum.
Beta alba magis laudatur quam nigra. Malua apud
Columbellam malachae hortensis edendo est. Lapa-
thion seu rumex. Ex hoc genere est Oxalis, id est ace-
tosa. Apium quod plurimis modis apud autores uari-
at. Porrum est modo sentium, modo capitatum, mo-
do schrodoprasum, hoc est, allium porraceum, mo-
do agreste ἀμπελοπρασοσ̄, & id genus alia
complura.

Digere Radices

Aliae quidem sunt esui aptae, ut rapum rapunculi,
& rapum

Er rapulum apud Horatium, quo ueteres Romani adhuc frugales uescebantur, Napus apud Columellam bunias steckelrub, Pastinaca apud Columellam staphylinum, Daucus apud Nicandrum δ' αὐξήσιον, radícula rettich, amoratia merettich: Aliæ uero medicamentis congruunt, ut agallochus, uulgo lignum aloes, Rheon barbarum, centaurium utrūq; sed magis sepe cum Rhapontico permutatur.

Recense legumina.

Sunt Lens græce φακός, faba, pisum, eruum, er uilia, lupinus, phaselus & phasiolus, de quibus plura conscribunt tam rei rusticæ, quàm medicæ scriptores. Nostra autem memoria non prorsus ea sunt, quæ sic appellantur.

Partite gemmas in minimas penè partes.

Multiplices sunt, attamen prima earum genera connumerabo. Ex his aliæ sunt uirides, ut Smaragdus, topazium, quod lunam admittit, collaicus, qui Germanicus præstantior est, quàm Arabicus, heliotropium, quod in deliquio lunam subeuntem ostendit, Chrysoprasium est colore auri & porri, Iaspis cuius una species Thermodoonticus hodie dicitur Thurciscus uel Thoricus, Berillus præsertim

C Indicus

Indicus, Prasium caudidis angulis distinctum, ex quo pocula conficiunt. Aliæ sunt candidæ, ut adamas, qui à genitali loco nunc Indicus, nunc Arabicus, nunc Cyprius, nunc Macedonicus, nunc Germanicus in Sudetis est, Siderites, qui uergit in colorem ferreum, Draconites uel Dracontias è cerebro draconis erutus, Alectorius in Gallinacei uentriculo repetitur, Asteria habet ueluti in oculis glenam inclusam, Astroites in cuius medio uelut Panselene conspicitur, Ceraunias, cui est stella coruscans, radijs solis icta, Iris arcum coelestem refert, Pæderos ueluti purpura coronatus, ChrySTALLUS à glacie nomen habet, Achates qui non est simplex apud Plinium, Margaritæ seu uniones. Aliæ sunt rubæ, ut Carbunculus græce κάρβυλλος, qui plurimum uariat, ut lychnytes, hodie est Rubinus, & Alabandicus uulgo Amandinus, Amathystus, qui & uiolacei coloris est, Sarda hodie Darneolus, Onyx & Sardonyx, Hæmatites rubet instar sanguinis, Corallium, Crysolithus rubisulo dilutior est, qualis est color auri, præsertim Rhœnani, Opalus bonus est, qui colore uini fuscatur, Saccadius, Craterites Chelonitides, Tecolithos à soluendis calculis dictus, & reliquæ id genus. Aliæ sunt cæruleæ, ut Sapphyrus, Cyaneus, Cadmites, qui ostracides quoq; uocatur. Aliæ nigre, ut Gagates, qui in Britania

Britannia aqua superfusus ardet, sed oleo refreguitur: Ananchides, Calchophonos. Aliæ sunt $\pi\rho\sigma\acute{o}\varsigma$ $\epsilon\kappa\tau\upsilon\pi\eta\upsilon$, id est, ad sculpturam & ad imaginem ali cuius exculptæ, ut Bæantides uulgo gemma huius. Eodem modo pergendum in reliquis, & singulæ exquisitius perpendendæ sunt, primum ex Etymologia, ut Myrrhites à colore Myrrhæ, Topazium à magno inueniendi conatu, nam iuxta Troglodytas $\tau\omicron\tau\acute{\alpha}\lambda\epsilon\upsilon$ est summa industria inquirere, Androdamas à domando hominum impetu & iracundia, Amethystus quod ebrietatem arceat, Galactites, quod ubera obstericum fecundet illigatus, Pyrrhites, quod manum adurat, si compressius teneatur: Postea perueniendum est ad definitionem, ut infra in Methodo docebimus.

Quid est quantitas $\pi\omicron\sigma\acute{o}\tau\eta\varsigma$?

Est prædicamentum seu summum genus, in quo sunt res parvæ, aut magnæ, aut multæ. Constat enim multitudine & magnitudine, quarum utriusq; consideratione aliquid aut æquale, aut non æquale dici potest.

Quotuplex est quantitas?

Duplex: Vna est continua, seu continuata, $\tau\upsilon\upsilon\epsilon\chi\eta\varsigma$, quæ est magnitudo, uel cuius partes adiunctæ

adiunctæ & contextæ sunt, & quasi coherentes. Discreta autem seu determinata *διωρισμέναι*, est multitudo cuius partes inter se diuiduntur, in omni loco æque coherent, sed sunt interpunctæ

Explica latius qualitatis continuæ partes.

Continua est aut impartilis, ut signū seu punctū, aut longitudinis tantū est, ut linea, digitus, palmus, pes porrectus, passus, stadiū, milliare, et omnes in longum mensuræ: Aut latitudinis est, uel cū longitudine sola est superficies, quæ Græcis dicitur *ἐπιπέδον* seu *ἐπιπέδον*, in qua sunt pes contractus, iugerū, actus, semita, uia, et alia Geoditarū uocabula: Vel cū longitudine et crassitudine, ut corpus *σφαιρῶν*, cuiusmodi sunt sphaera, pes quadratus, pyramis, cubus, et nomina ponderū, uasorum in liquidis et aridis, et numismatū. In sūma eius loci sunt *σεγεομετρίαι* appellationes. Aut est in loco, quando spatium seu magnitudinem spectamus: Aut in tempore, ut sat temporis, multum parum &c.

Da et partes aliquot discretæ quantitatis.

Sunt præcipue duæ, numerus & oratio: Numerus quidem aut simplex, ut par, impar cum suis formis,

formis, aut relatiuis, ut sesquiplus, supertertius, aut figuratus, ut linearis, planus, solidus, quem iure suo uendicat Arithmetica, sicut continuum ipsa Geometria cum Stereometria. Oratio uerò uersatur aut circa compositionem uel dactylicam, uel spondaicam, uel iambicam, qualis est quam Rhetores tradunt de oratione numerosa, aut circa cantum seu ᾠδμoy. Hinc Harmoniæ oriuntur partes, quas Musica sibi acceptas referri exoptat: Aut circa uersum, ut pentametrum, hexametrum quæ poetica de more docet.

Quid est qualitas ποιότης, apud Aristotelem τὸ ποιόν, quo is primus usus est auctore
Simplicio:

Est affectio animorum et corporum, aut secundum quam quales esse dicimur, ut à prudentia prudentes, ab eruditione eruditi nominamur. Sed Aristoteli sapientia est ποιόδισ, sed sapiens ποιόν.

Est ne qualitatis magnus usus?

Est τῶν πλεοναχῶσ λεγομένων, hoc est ex qua multiplices res petuntur, est enim nimia hic copia cum uarietate rerum, quarum usus est frequentissimus.

Quot sunt species qualitatis?

Quatuor: Prima est ἐξίς ἢ δὲ ἐξίς, habitus et affectio, quam uulgus dispositionem nominat. Est autem habitus in aliqua re aut uirtutis, aut artis, & corporis commoditas non natura data, sed studio comparata & absoluta. Sed si tantum fuerit affectionis ad aliquam rem commutatio & propensio, affectio seu δὲ ἐξίς dicitur, illum enim longum tempus, & consuetudo exercitationis confirmauit, itaq; est δύσκινητος, qui difficile remoueri potest. Hæc uero non manet, sed est inconstans & inchoata & recens, non inueterata, itaq; haud difficile semouetur & transmutatur.

Quotuplex est habitus?

Duplex: Vnus est honestus & laudabilis, ut uirtutum genera, siue fuerint δεωγράμματα, quod genus sunt, prudentia, ars, & scientia, siue ἠθικά, ut Iusticia, temperantia, & fortitudo. Illæ quidem hodie in scholis intellectuales, hæc uero appetitiuæ seu uoluntatis nominantur. Verum alter habitus est turpis & ad extremum uituperandus, ut uitia, quæ illis contraria sunt. Quorum utrumq; Aristoteles his uerbis cõplexus est: ἐπαινετὰ μὲν ἔστι τὰ καλὰ, φεικτὰ δὲ τὰ αἰσχρὰ.

Disting

Distingue exactius in formas
uel angustissimas.

Habitus est aut animi, aut corporis: Animi quidem uel honestus, uel turpis: Honestus quidem aut est in actione, aut in inspectione: Actionis prima est Iusticia cum suis partibus uel subiectis, ut religio, pietas, gratitudo, innocentia, uindictio, beneuolentia, liberalitas, comitas, ciuilitas, fides, obseruantia, & Ius, quod nunc non est scriptum, ut natura & consuetudinis, nunc est scriptum, ut Lex, quæ senatusconsultum, plebiscitum, edicta prætorum, responsa prudentum complectitur, Vel cognatis partibus, ut gloria, dignitas, amplitudo, amicitia: Secunda est temperantia, cuius formæ sunt continentia, clementia, & modestia. Ultima est fortitudo, ex qua oriuntur magnificentia, fidentia, patientia, perseuerantia. Verum inspectionis quatuor genera numerantur, ut Sapientia, scientia, prudentia, cuius sunt, memoria, intelligentia, & prouidentia, & ars quæ est modo λογικὴ, modo φυσικὴ, modo ἰδρικὴ. Harum postrema uel est priuata, ut οἰκονομικὴ, uel publica, ut πολιτικὴ, seu Monarchica, seu Aristocratica, seu Democratica, seu Oligarchica.

Explana partes & habitus
animi turpes.

Sunt uitia que in singulis uirtutibus iuxta excessum & defectum attenduntur, quemadmodum hoc digramma indicat.

IN EXCESSV

IN DEFECTV

Audacia	Fortitudinis	Timiditas
Insensibilitas	Temperantiæ	Intemperantia
Profusio seu prodigalitas	Liberalitatis	Auaritia seu sordicies.
Caruoricia	Magnificentia	Paruificentia.
Fastus	Magnanimitatis	pusillanimitas.
Ambitio	Modestia	Honoris negligentia ἀφιλοτιμία.
Iracundia	Mansuetudinis	ἀεργησία.
Adulatio	Comitatis	Contentio.
Arrogantia	Veritatis	Dissimulatio.
Bomolochia	Ciuilitatis	Rusticitas.
Assentatio	Amicitia	Morositas.
Plus	Iustitie	Minus.

In alijs autem uirtutibus desunt uocabula, sed eorum pleraque ἢ ἢ ἢ ἢ ἢ ἢ sunt, ut inclementia, insipientia, inertia, imprudentia, impatientia.

Qui nam sunt habitus corporis ?

Sunt

Sunt uelocitas, robur, lucta, & alia corporis exercitia, sed quæ longa consuetudine penè innata esse uideantur. Quare eos Aristoteles nominauit *πολυχρονίους καὶ δυσκινήτους*.

Explica mihi & affectiones quas nunc uulgo dispositiones uocant.

Et hæ sunt aut animi, ut eloquentia, aut corporis ut ualetudo, sanitas, ægrotudo, & alia id genus. In quibus sunt tantum ad habitum accessiones seu gradus, & Aristoteli sunt *ἐνκίνητοι καὶ ἐνμετέβλητοι διαδέσεις*.

Quæ est secunda species qualitatis?

Est naturalis potentia & impotentia: In harum una quidem est naturæ ad rem aliquam propensio, in altera uero est ab eadem illius abalienatio. Itaq; cum affectiones in alicuius natura sunt procliuues, et propense, quæ facile fieri possunt *δυνάμεις*, quæ uero difficile *ἀδυναμίες* uocantur. Et sunt in rebus uel inanimatis, ut in igne uis inflammandi, in ligis aridas exardescendi, uel animatis, ueluti in hominis aut corpore sunt uel in natura robur, uelocitas, fortitudo, alacritas, mollicies, & alia quæ natia sunt.

aut in eius animo, ut docilitas, facilitas, tarditas,
 & animæ uirtutes, quas Aristoteles docuit. Sic in
 Equo est agilitas, est celeritas, in auibus uolatus, ut
 in homine rerum indagatio, quare ἀλφρσά dicun-
 tur apud poetas Græcos.

Quæ est tertia species?

Affectus & affecta qualitas, πάθος & πά-
 θησινα ποιότης, ille quidem est subita animi uel
 sensuum mutatio, ut pallor in metu, rubor in pudore.
 Hæc uero inueterata est & permanens qua-
 litas, ut in Aethiope nigredo, illic recte dicimus
 palescere, & erubescere, hic autem pallidum &
 rubeum esse.

Expone mihi aliquot eius species.

Sunt aut animi animantium, aut sensuum, Ani-
 mi quidem sunt quatuor communes, ut letitia, li-
 bido, metus, ægrotudo, In leticia sunt delectatio,
 iactatio in libidine, maleuolentia, ira, excandescen-
 tia, odium inimicitia, discordia, indigentia, deside-
 rium, In metu, pigritia, pudor, terror, timor, pa-
 uor, exanimatio, conturbatio, formido, In ægrotudi-
 ne deniq; sunt Inuidia, emulatio, obrectatio, mise-
 sericordia, angor, luctus, meror, ærumna, dolor,
 lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, &
 desperatio.

Desperatio. Sensuum uero sunt, ut in auditu sonus, cuius formæ hæc essent, ut uox quæ est uel articulata, uelut in homine qui $\mu\epsilon\gamma\omicron\upsilon$ uocatur, uel in articulata in brutis. Huic accedunt, fragor, strepitus, screatus, popismus, quiritatus, iubilatus, sclopus, tussis, bombus, grunnitus, gannitus, fremitus, barritus &c. Sic in uisus est color, in olfactu odor, in gustu sapor, in tactu qualitates secundæ, ut densitas, raritas, mollicies, duricies, &c.

Quæ est quarta species?

Est figura & forma, $\chi\eta\mu\omicron\alpha$ ἢ μορφή: Figura autem est expressio, seu effectio linearis, quæ iuxta Euclidem uel termino uel terminis concluditur, Terminò quidem, ut Circulus, cui una est linea ambitiosa, Terminis quæ illi $\pi\epsilon\rho\alpha\iota\alpha$ sunt, ut trigonus, tetragonus, cubus, & aliæ figuræ apud Geometras, tam planæ quàm solidæ, quatenus cogitatio eas tantum complectitur. At forma est illius qualitas seu coloratio, ut forma cœli rotunda est, forma pyramidalis iuxta Basium diuersitatem uariat, forma hominis, asini, & animalium aliorum, quæ sensui parent.

Præbe crassius huius
specimen.

Est

Est forma & figura, Vna naturalis, ut in cubo, coelo, syderibus, stellis, plantis, animalibus, & alijs: Altera est artificialis, ut sunt nomina uestium, aedificiorum, suppellectilium, armorū. Qua uero ratione in relatione essent, haud multo post explicabitur.

Redigantur ne in angustiores partes:

Redigi possunt usq; ad imam formam. Sit ars cuius unum genus est λογικόν, quod est in orationis cultu, ut Grammatica, Dialectica, Rhetorica, quibus partes accedunt Poetica, Sophistica, Lulliana, Alterum est φυσικόν, quod in tractatione rerum naturae consistit, ut Philosophia, seu Physiologia. Sub qua sunt primum Physiognomonica cum suis partibus, ut Metoposcopia, Chyromantia, &c. Deinde magia uel naturalis, quae nimis uaria est, uel non naturalis, ut Goetia, Hydromantia, Necromantia, Pyromantia, Geomantia, Theurgia: Postea illi subiiciuntur Astronomia, Astralogia, Catoptrica, Medicina, & aliae. Vltimum uero est πρῶτον τικόν, quod est ἰδρικόν, conducitq; ad uitam instituentiam, in quo censentur, Iurisprudencia, Theologia, Oeconomia. Huic autem aliquantulum cognatis est quod ποικίλον nominatur, cuius sunt architectura, pictura, statuaria, plastica, & agricultura, & quae sub fabrica continentur.

Sic

Sit quoque exemplum ex
secunda specie.

In potentia corporis naturali est uelocitas, equitatio, palestra, & ludorum forma, quæ ex auctoribus ultra citroque pleræque colligendæ sunt.

Explica species plerasque coloris.

Color primas habet species, quibus sua essent nomina, ut albedo, rubedo, nigredo: Aliæ autem pleræque per genus & differentiam appellantur, & nomen à diuersis rebus accipiunt, ut

Aut à metallis

Plumbeus à nigro plumbo potius quam albo

Ferrugineus à ferro, quod longo situ rubiginosum est.

Argentæus Ouid. Vitreis argenteus undis.

Aureus.

Aut ex plantis.

Pheniceus id est, palmeus, Castantendbraun.

Buxæus, ut est materia buxæ.

Xerampelinus est sicci pampini color.

Roseus, qui candidus est, rubore diffusus.

Hyacinthinus tinctelrotbraun.

Coccinus à cocco, quod est granum tinctorum, bludt

rodt / scharlachfarbe.

Sandicinus, sammetrodt & sandice.

Viola

Violaceus seu Ianthinus, vielfarb.

Croceus, uestis hinc est crotula.

Malachinus à folio maluæ.

Balaustius à flore puniceæ seu Balaustiorum, granatblum.

Prasinus à porro uiridi.

Aut ab animalibus.

Mustelinus præcipue à mustela domestica.

Ceruinus.

Murinus, meusfarb.

Ictericus ab ictere, qui latine Galgalus dicitur.

Cycneus, Olorinus.

Coracinus schwarz wie ein Rabe.

Ostrius purpurfarbe :

Conchyliatus, qui infectus est succo conchyliorum.

Aut ab elementis, seu, ut ita dicam,
ab elemenatis.

Igneus flammeus uidetur esse.

Ceruleus, ut in cælo sed sereno.

Marinus Thalassius concolor cælo.

Cymatius ab unda $\kappa\upsilon\mu\alpha$.

Hyalinus, vitreus, à colore uitri.

Niucus candidus, & purior albo est.

Marmoreus.

Lacteus.

Eburneus.

Amethy

Amethystinus à gemma.

Sandaracinus à *Sandaracho* berckrodt.

Sanguineus.

Herbidus.

Cereus.

Piceus sicut est *zopyssa*:

Cinereus.

Spumeus à *spuma*.

Maculosus à *maculis*. Hi uarij sunt colores.

Impluuiatus *geschmitzterparchentfarbe*.

Guttatus à *guttis*, Sic equus *guttatus* est apud

Scutulatus à *scutulis*. *Columel.* & *scutulatus*

Arquatus ab *arcu* *coelesti*.

Aut à loco.

Tyrius.

Sarranus Apud quos tangebatur *purpura*.

Puniceus.

Hispanus, *Beticus*.

Colossinus qui refert colorē *Cyclamini*, quod nunc
malum terræ nominant.

Licet ne aliter colorum formas di-
stribuere?

Quid ni? ut si docendi gratia summos primum
disponeres colores, postea quam proxime cognatos
adspingeres, sicut Germanicum idioma facit:

Nam

Nam colores medij ab extremis plus minus commisti
sunt. Exempli gratia sub Cæruleo, qui Græcis est
Cyaneus, uulgo Lazurius.

Thalassius meyerblau.

Indicus tuncelblau.

Cæsius seu Glaucus groblau.

Venetus blauus blau.

Sub nigro.

Ater seu anthracinus, seu furuus kolschwarz
Liuidus malsschwarz.

Impluuiatus geschmitzet.

Pullus Zertfarbschwarz.

Aquileus nunc est color medius inter nigrum & al-
bum, nunc color aquæ.

Ferrugineus.

Sub albo.

Candidus.

Candens gluenteysenfarbe.

Canus grauharfarbe.

Leucophæus, ut est tunica Franciscanorum tuttene
grau;

Sub uiridi.

Prasinus.

Herbidus, et si qui sunt alij. Variant enim interme-
dij colores iuxta certos temperaturæ gradus.

Sub ru

Sub rubro blutrott

Ruffus ferè in personis.

Rubeus iuxta Firmicum à radice rubie herbae, quæ est Dioscoridi ἐγὺ δὲ ἰσάροϋ.

Rutilus.

Burrus, alijs est rubidus, qui cibo & potione rubet & iuxta Frontonem, Gellianum à rubi fructu dicitur.

Coccinus à cocco herba, quam uulgo Granum dicunt Xerampelinus.

Roseus rosenrodtt.

Puniceus dunckelrotbraun.

Fuluus rodtgel

Rauus schwarzgel

Luteus ut est uitellus oui, seu flos Calthæ.

Croceus in maiorem ruborem uergit.

Ruffatus uel Ruffus pannus apud agricolas.

Sandaracinus Sandaracæ colorem habet, qui color est in herba coriaria, quam Græci ἐγὺ δὲ ἰσάροϋ ἰσάροϋ appellat.

Quid est relatio πρὸς τίς

Est mutuus rerum inter se respectus. Est enim rerum comparatio, quæ cū in prioribus tribus non fuerat, facit ut recte absoluta dicantur, sicut hoc prædicamentum respectuum, seu relatiuum, quod

D tamen

tamen rei incumbit extrinsecus. Diues enim non nisi à diuitijs, maritus non nisi ab uxore uocatur, atque tamen utrumque alterius esse censetur. Quare relata omnia in comparando & simul percipiuntur & se se mutuo exponunt. Vnum quidem dicitur proprie πρὸς τὸ, alterum uero ἀντὶ τὸ & φῶν.

Quotuplicia sunt relatiua?

Duplicia, vel per se, nempe in quibus sola mutua relatio attenditur, ut uxor maritus, uel ex accidente, quæ præter mutuum respectum aut significant substantiam, ut pater et filius, mulier et mas, aut quantitatem, ut magnus & paruus, duplum & dimidium, hic est æqualitas & inæqualitas, aut qualitatem, quemadmodum ex prima specie, ius humanum & diuinum, iusticia humana & diuina, ius publicum & priuatum. Hic est similitudo & dissimilitudo. Aut actionem & passionem, ut actor & reus, uerberans & uapulans, aut locum, ut esse in urbe, esse ruri, sinister & dexter, aut tempus, ut nox dies, ortus occasus, aut situm, ut prone scribere, recte scribere, prouum iacere, & supinum iacere, prona manus & supina manus. Aut habitum, ut leuis armatura, grauis armatura, togatum esse & non togatum esse.

Quid uocant relatiuum?

Ad

Ad quod fit relatio, apud alios Terminus dicitur, ut emptio, pater, conductio, sed à quo oritur relatio uocatur fundamentum, ut uenditio, filius, locatio. Quod sæpe suum nomen habet, ut dominus seruus, sæpe commune est, ut affinis, socius, cognatus, amicus, hostis, quæ nomina utriq; parti conueniunt. Aut sæpe fingendum est, ut Censor, Censitus, Iudex, rector. Exponuntur uero aut κατὰ ὁμωνοσίαν, cum eodem nomine sit explicatio, ut simile simili simile, sic autem diuerso κατὰ ἕτερονομίαν, quod fusissime Ammonius adnotauit.

Offende rationem explicandorum relatorum.

Relata sunt primum natura, eaq; aut ex generatione, ut pater & filius iuxta substantiam, aut ex cognatione, auus, nepos, soror, aut ex affinitate, ut gener & socer, socrus & nurus, uiricus & priuignus, aut ex proportionibus, ut duplum & triplum, maius & minus, hic æqualitas est & inæqualitas ex quantitate. Deinde nascuntur uoluntate & consensu, ut amicus & hostis, dux & comes, commune & proprium, bellum & pax, concordia & discordia. Huius loci sunt officiorum & magistratuum nomina cum ornamentorum generibus, ut galerus, fasces, sceptrum, epomis, trabea, purpura.

Nec aliò referuntur contractuum uocabula. Postea oriuntur ex fortuna, ut Dominus & seruus, Rex et subditus, Senatus & populus, pauper & diues, sanus & aeger, ingenuus & liber, & quæ sunt apud iurisperitos de discrimine personarum. Postremo progignuntur arte & conditione κατὰ ὑποταξάντων, ut præceptor & discipulus, consultus & consultor, patronus & cliens.

Quomodo se relata explicant?

Explicantur autem eodem casu, ut pater filij pater, & contra filius patris filius, aut diuerso, ut uerberans uapulantem uerberat, & contra, uapulans à uerberante uapulat, at cum hic fiat conuersio, redemptio & reflexio recte ab Aristotele modo ἀντιστοιχία nunc ἀπὸ ὁμοιοῦς, nunc ἀντιθέτως appellatur.

Patet ne fufius hoc prædicamenti genus?

Maxime, nam quæ in superiores classes non rediguntur hic locum habent. Quare factum est ut aliquot autores, inter quos est Ammonius, tantum quatuor numerauerint. At quia nimis confuse traherentur, non displicuit posteriores sex subijcere, quæ paulo uberius tractare posteri solent, quoniam
particulis

particulis interrogatiuis ferè Aristoteles discernit.

Quid est actio?

Est quæ in rem subiectam agimus. Debet autem in actione & passione mutuus esse contactus.

Diuide actiones.

Actio est aut intra intellectū, ut discere, docere, disputare, intelligere, aut extra intellectum, ut negotiari, uoluptari, conuiuari. Huc spectant rerum & personarum officia, & in singulis iuxta ætatem, sexum aliasq; circumstantias decora. Sunt autem ex his alia *ἀμείλιχα*, quorum actio non aliò transit, alia sunt *μετέθετα*, quorum uis in alias res explicatur, latine quis illa intransitiua, hæc transitiua nominaret.

Potest ne aliter actio diuidi?

Potest: Nam alia est naturalis, quæ uel nature fit, ut motus species sunt ex substantia, generatio & interitus: Ex quantitate, augmentatio, & diminutio ex qualitate alteratio, loci autem commutatio est nunc in hunc locum, nunc in illum concessio. Alia est civilis, quæ in societate ciuium uersatur, & uirtutum et personarum officia complectitur, alia spiritalis seu sacra, quæ est uel circa sacrificia propitiatoria, in

quibus Deo gratias agimus, eundemq; laudamus, uel circa sacramenta, qualia sunt baptismus, Eucharistia. Cuius ordinis sunt & cæremonia, ut orare, credere, sperare.

Quid est passio?

Est actionis effectus, ut doceri, percuti, uapulari, & alia id est $\omega\pi\tau\alpha\delta\eta$.

Diuide eandem.

Ea quoq; est modo animi, ut docilis, doceri, modo corporis, ut audire, uidere, & alia uerba sensuum, crescere in arboribus, cadere in rebus surdis. At ambulare, ascendere, saltare, proficisci, & alia id genus, quorum actio intra se cõsumitur, sunt $\alpha\delta\iota\acute{\alpha}\epsilon\phi\omega\tau\alpha$, nam actio passioni, & passio actioni coniungitur.

Quid est quando $\omega\delta\tau\epsilon$?

Est temporis eiusque partium comprehensio. Tempus autem est numerus secundum prius & posterius, hoc est, tempus colligitur seu numeratur ex posteriori cœli motu.

Quot sunt temporis præcipuæ partes?

Quatuor, annus, mensis, dies & hora. Annus quidem

quidem nunc est magnus, de quo Macrobius & Arratus, qui & Platoni auctori acceptus refertur, nunc est mundanus & uertens, nunc ciuilis, nunc metonticus apud Censorinum, nunc climactericus, seu scalaris seu scansilis, qui uel hebdomadicus est, cum gradatim ex septenario colligitur, uel enneomadicus, cum ex nonario ueluti per schalas exurgit, nunc is est Saturnius, Iouialis, Martialis, Veneris, Mercurialis, Solaris, Lunaris, quorum singuli ex Planetarum cursu describuntur. Huius ordinis quoque sunt biennium, triennium lustrum, & partes anni, Ver, Aestas, Autumnus, Hyems. Ceterum mensis aut est Lunaris, quem lunæ cursus facit, in quo spectantur lunæ phasæ, aut Cæsarianus à Cæsare adordinatus, in quo recensentur Nonæ, Idus, Calendæ, qui & ciuilis uocatur, nam tantus est mensis, quantum quæque ciuitas cõstituit. Aut intercalaris de quo Macrobius Verum dies est uel Romanorum & Atheniensium qui ab occasu solis usque ad alterum proximum pertinet, uel ciuilis à media nocte ad sequentem medianam noctem, iuxta Romanos. Græci autem à solis ortu, sicut astrologi à meridie, auspiciantur, et in proximo finiunt, in quo sunt certæ partes, ut meridies, uesper, crepusculum, prima fax, concubium, nox intempesta, nox media, gallicinium, diluculum, mane, & quatuor castrenses uigiliæ. Hora autem modo est tem-

poralis $\kappa\alpha\epsilon\epsilon\gamma\iota\upsilon\acute{\nu}$, seu inæqualis quæ augetur & di-
minuitur cum ipsa luce, quæ ratione Plautus æstiuam
pro longa dixit, modo æquinoctialis $\iota\sigma\mu\epsilon\gamma\iota\upsilon\acute{\nu}$,
seu æqualis, de quibus consulenda est mathesis.

Quid est ubi $\tau\acute{o}\ \tau\omicron\upsilon\acute{\nu}$?

Est denominatio, qua aliquid dicitur alicubi fie-
ri, esse, fuisse, aut fore. Quare cum sit loci notatio, lo-
cus quoq; huc referendus est cum suis differentijs,
locus autem est rei cuiuslibet, quo continetur, de-
scriptio.

Quare Aristoteles potius di-
ctationibus interrogati
uis usus est?

Vt attenderetur relatio, aut responderetur, quã-
do, uel ubi res sit, uel agatur.

Quotuplex est locus?

Duplex, aut naturalis, ut maritimus, terrestris,
aërius, aquosus, aut accidentalis, ut celebris, deser-
tus, sacer, prophanus, publicus & priuatus. Qua-
re in hunc ordinem rediguntur, forum, templa, regi-
ones & prouinciæ.

Sunt ne plura loci genera?

Sunt quidem, ut superius, inferius, dexter, sinis-
ter, aut .

ster, anticus & posticus. Sed hi utriq; superiori cōueniunt, seu natiuo seu fortuito.

Quid est situs τὸ κείδαι?

Est totius corporis uel partium in corpore dispositio, ut stare, iacere, manus prona, manus supina, caput pronum, caput rectum.

In quibus obseruatur situs?

Tum in animalibus, qui uariis est, nunc enim stant, nunc iacent curua, prona, supina. Quae ratione gestuum nomina huc quoq; referuntur. Tum in rebus inanimatis, uel natiuis, ut terra iacet, scopuli stant, pendet aer, uel fortuitis seu artificialibus, ut lucunaria pendent, turres stant.

Quid est habitus τὸ ἔχσει?

Est ratio uestiendi seu ornandi corpus aut eius membra, ut thoricatum, galeatum, brachatum, hastatum, ocreatum, torquatum, togatum, cinctum ferro esse.

Est ne ocrea in substantia?

Est quidem si materiam spectas, si formam, est in quarta qualitatis specie, si autem stolam seu uestiendi ornamentum, in habitum collocetur. Nam hic

D 5 uestitur

uestitum ornatus, & tegumenta corporis tantum continentur. Quare sic à grecis finitur, ἔχειν ὀυσίαις ἔσιπ' ἡγεῖ ὀυσίαι' ἡγεῖδεσις. Mirum est quā hoc attributum hypotyposi rerum describendarum conducat, tam apud poetas, quā apud oratores.

Est ne ulla habitus diuisio?

Est, ut ex ætate, ut pueri prætextati, adolescentes togati, ex sexu, ut mulieribus est palla, ex nationibus, ut recinium est hispanicum, ex animalibus, his enim sunt sua tegumenta à natura data, ut testa, cortex, cornua, spina, uillus, seta, pilus, pluma, squama, uellera. Hic autem intelligitur esse squamatum, esse uillosum, esse pilosum.

Quod nam est tertium inuentionis elementum?

Est definiendi & diuidendi ratio. Etiam si Plato in tres partes, definitiuam, diuisiuam & Analyticam totam dialecticam diuiserit, definitio tamen & diuisio proprie inuentionis elementa sunt.

Quid est definitio ὀγος?

Est quæ uel naturam dictionis, uel proprietatem rei explicat.

Quotuplex est definitio?

Duplex

Duplex, Vna nominis, altera rei, illa quidem uin uocabulorum tam singulorum, quàm coniuñctorum describit, hæc autem uel per essentiam, uel per causas, uel per partes, uel per congeriem accidentium rem penitus absoluit. Prior autem finitionis forma mutuata tantum est, & finitio non re sed nomine dicitur.

Est ne opus finitione nominis?

Vtiq; statuenda enim est certa uerborum significatio. Nam sepe de his magis, quàm de rebus certatur. Quare prudenter dictum est, *ἀεὶ πρῶτον τὸ τῆς φωνῆς σημεῖον ἐξέταξαι εἰς τὸ ὄνομα δὲ δὲ λέγειν*. Siquidem si nihil certi constitutum fuerit, disputantes more Euripi sursum ac deorsum uagantur. Hoc sane cauemus, ne qui sint Pyrrhonij qui cognomento Sceptici appellatur, hi enim in quaerendo semper uersebantur. Pyrrho autem sic dicere solitus est, *ὄν μᾶλλον ὄντως ἔχει τὸ εἶναι, ἢ ἐκείνως, ἢ οὐδ' ἔτι ἔστω*, quod est, hoc non magis hoc modo se habet, quam illo modo, quam etiam neutro. Recte igitur Cicero Epicurum tanquam Prothea aut Vertumnum insimulauerat, quod uocabulo uoluptatis nunc hoc nunc illud absq; discrimine intelligeret. Recte & Pelagiani in uocabulo Gratia à di-
uo Au

uo Augustino notati sunt. Per nomen autem hic
 quælibet uerba, uel singula uel connexa capiuntur,
 quæ græcis sunt λέξις, latinis autem aut uerba aut
 nomina.

Quotuplex est finitio no- minis ?

Duplex est: Prima est κατὰ λέξιν, quæ con-
 sistit in adnotandis glossis, quando alio notiore uo-
 cabulo ignotum explicatur, ne qua sit obscuritas,
 quæ differentium ueritati plurimum obest, ut Anti-
 christus est qui contra Christum, Amen Hebræum
 uocabulū est uerbale, latinis firmum sit, uel fiat, græ-
 cis τέτελις μένου ἔσω, qua uoce in confirman-
 do sermone & acclamatione utuntur. Hæc au-
 tem uersatur in genere glossematico apud Gram-
 maticos.

Quæ est secunda ?

κατὰ διαφορὰν, quando in uocabulis differē-
 tia queritur. Tyrannus suum curat, non subditorū
 commodum, Rex autem studet religioni, moribus
 syncerioribus subditorum, & tranquillitati rei pub-
 licæ. Hac secernitur sophista à Rhetore nostra me-
 moria, & illius uim Protagoras apud Platonem ex-
 plicat. Ad hunc modum distiguitur repudium à di-
 uortio

uortio, illud quidem est cum futuri matrimonij sp̄o
 falia dissoluantur, hoc uero est cum inter coniuges
 nuncium mittitur, ut diuortant, sicut Virgilius di-
 uortia aquarum dixit, Vlpiano autem fribusculum
 quoq; diuortium est, propter subitariam iram con-
 iugum, qui deseruescente ira reuertuntur.

Quæ est tertia?

κατὰ μεταφορὰν, quando dialecti alicuiusquæ
 ritur tropus, & sicut in superioribus duabus erant
 nomina propria, uel presentis uel uetustæ consue-
 tudinis, ita hic translata sunt pro proprijs mutuan-
 da, sed consuetudine approbata. Quare quæ descri-
 buntur per μετανομιὰν μεταλιψὴν συνεκδο-
 χῆν & alios tropos, huius loci erunt. Horatius:
 Mors ultima linea rerum. Sic apostoli in sacris lite-
 ris dicuntur principes, & iudices, hoc est ecclesiæ
 præfides & rectores tanquam petri, propter cla-
 uium seu absolutionis potestatem, Piscatores nempe
 hominum non pecuniæ, sal terræ id est, uniuersis
 hominibus, Boues ab indefesso arandi studio, Custo-
 des sicut διοικηταὶ apud Athenienses, Seminan-
 tes, semen autem est Euangelium, Aedificantes, qui-
 bus contrarij sunt destructores, Angeli tanquam pu-
 ri præcones Christi calcantes in torculari Esa. 5. Et
 alijs compluribus epühetis appellantur.

Quæ

Quæ est quarta?

ἢ ὡς τύπος, uel ὡς τύπος, Et est exemplaris nominis definitio. Quid est substantia? ut homo. Quid est episcopus maritus, ut Petrus, Spiridon, Theodoreus episcopus hyerosolymitanus, & alij cō plures non eunuchi. Hac quoq; ambiguitas tollitur in homonymis, quæ cum multorum sint notæ, certa tamen hic uerbi significatio subiicienda est, ut puer uel ex conditione est seruus, uel ex sexu quod non sit puella, uel ex ætate qui quatuordecim annos non expleuit, uel ex similitudine quæpiam, ut apud Esaiã, Maledictus puer cætum annorum, puer hic ἀναφορικῶς capitur. Quare hoc modo cauetur, ne frustra inter se contendant differentes & contra dicentes.

Quæ est quinta?

κατ' ἐπαινον, quando laudatur uel epitheto aliquid illustratur, ut Historia est testis temporum, lux ueritatis, uita memorie, magistra uitæ, nuncia uetustatis, Philosophia est ars artium, scientia scientiarum. Eadem sumitur & à uituperio, ut apud Platonem: Voluptas est esca malorum.

Quæ est sexta?

κατ' ἐτυμολογίαν, Apud Aristotelem σύμφορον

Ἐολογ, apud Ciceronē nota & notatio, apud Quin-
tilianum originatio dicitur. Ouidius in fastis: Focus
quod foveat omnia dicitur, Iustitium est iuris statio,
Hæreticus est dogmatum, quæ à vera pietate abhor-
rent, elector. Nam ἀίρεσις est secta & electio sin-
gularis doctrinæ. Itaq; Athenis quatuor erant, A-
cademica, Peripatetica, Epicurea & Stoica, ex quib;
aliæ promanarunt. Sic in Ecclesia impiorum cō-
stitutionum autores sunt heretici, qui se suis placitis
ab orthodoxis dirimunt, quare τειχες ab hebræis na-
tum esse uidetur, qui Kazer dicunt pro diuisit &
separauit, ad quod alludentes græci ἀπεσάτος no-
minarunt, dic aberrumigen.

Quæ est septima?

κατ' ἐνδυναμωλήρους, id est per indigentiam
am pleni, ut de unx quando assi deest unica, dex-
tans, quando deest sextans, & sic partes assis de-
finiuntur.

Quæ est octaua?

κατὰ περιφρασίαν, quæ admittitur uel deco-
ris uel necessitatis causa. frigus opacum est umbra,
Troiani belli scriptor est Homerus.

Quæ est nona?

κατ' ἀναλογίαν, quando similitudine seu pro-
portio

portione significamus, ut Sol oculus mundi, Magistratus est lex loquens, Lex est anima ciuitatis, caput est arx corporis. Cæterum in hac fere fit, ut totum toti, partes partibus conferantur, & singulis singula tribuantur, tanquàm similia, ueluti si quis corpus humanum ad Rempublicam retulerit, mox ex capite magistratum, ex humeris & pectore homines militares, ex manibus & pedibus homines artifices, ex gula & uentre locupletes & ociosos, utiles tamen ciuitati propter sumptum & uictum faciet, sed ἀναλογικῶς.

Quæ est decima nominis
definitio?

κατ' ἀφαιρέσειν τοῦ ἐναντίου, quando per contrarium, seu priuationem definimus. Malum est quod non est bonum, uirtus est fuga uitiarum, caligo est lucis obscuratio.

Quis optime de his di-
iudicabit?

Qui Grammatices & Dialectices probe peritus fuerit in ea lingua, ex qua est nata controuersia, sit exemplū, Missa est κατὰ λέξιν apud Syros, apud quos incepta est religio Christiana, tributū seu quod sponte populus confert, tanquàm munus personale domino

domino suo. Nam in hac cœna deo uectigalia sacra
 nimirum gratiarum actionem & laudem pendimus
 Deinde est *κεία μετ' ἡμῶν* officium, siquidem
 officij nostri est Deo gratum esse pro summis in nos
 beneficijs, & proximum non aliter ac nos ipsos dili
 gere. Eadem dicitur liturgia, quod publicum erat
 sacrum ministerium, quod tamen fusius patet. Ead
 dem est *ἀγάπη* quod per dilectionem in pauperes
 erogatio fiebat, ut Tertulliano uisum est, constituta
 publica mensa autore Paulo Diacono, seu quod mu
 tue inter nos dilectionis sit signum. Eadem immola
 tio, celebratio, oblatio & sacrificium nominatur,
 quod hic sacrificij semel pro nobis oblatis & immo
 lati, celebris fiat cōmemoratio. Eadem Eucharistia
 dicitur, propter gratiarū actionem & laudem mor
 tis domini. Eadem est *κοινωνία*, communio, quod
 hoc conuiuium sit societatis cum Christo & omni
 bus eiusdem membris, quæ cum in loco quodam con
 firmatur est synaxis, sed per Metalepsin pax est,
 propter conciliationem, confœderationem, & con
 scientiæ tranquillitatem. Nam impij non resipiscen
 tes ab hoc coetu conuiuiali excludebantur. Cum uero
 cœna domini, mensa domini appellatur, Synech
 doche est, quod sit conuiuium sacrum confœdera
 tionis, memoriæ passionis, & redemptionis domini
 cœ, quod ipse Christus insituit esu sui corporis, et po
 tu sang

tu sanguinis. Eodem quidē tropo est quibusdā panis fractio ex ritu & societate conuiuarū toti sacramento nomen inditum, frangere autem panem Hebræis proprie distribuere, diuidere, dissecare & partiri. Quod uero sit sacramentum, & mysterium καὶ ἱερὸν ἐπισημασμένον nominatur, uaticum autem καὶ τὸ ἐν ἀποκρυφίοις est, quod intra priuatos parietes egrotantibus tale sacrum factum est. Nam publice fiebat id genus sacrificij eucharistici, quod Hieronimus sua dei in Apologia, quam Pammachio inscripsit aduersus Iouinianum, & ab eo non dissentit Iustinianus cōstitut. 57. ἡ ἀρχὴ

Quid est finitio rei?

Est, qua proprie quid res sit significatur. Nam quod definitur est quoddam conuolutum & conclusum, quod ferè una tantum uoce constat, & dicitur ὁρίσασθαι, uulgo definitum, nempe prior pars ad definiendum proposita, id definitione explicatur. Quare nunc ὁρίσασθαι dicitur, nunc λόγος sed τὸ οὐσίαν, quæ prioris definiendi tanquam essentiæ est expositio & propria explicatio, ut idē est episcopus, quod est qui ædificat conscientias hominum legibus diuinis, & uerbo euangelij.

Quot sunt leges finitionis?

Quatuor.

Da pri

Da primam.

Debet omnibus quæ sunt sub definito conuenire, qualis hæc non est, Magistratus qui ius in subditos exercet & pietatem Christianam promouet, hæc finitio non cuilibet Magistratui conuenit, sed tantum sacro & non tyranno, non prophano.

Da secundam.

Debet soli rei definiendæ competere. Male itaq; Catechismus definitur, quod sit puerilis institutio, multæ enim huiusmodi sunt, quæ pueris quadrant, non tamē protinus eo nomine censendæ sunt sed id genus institutionem complectitur, qua Catechumeni elementis religionis imbuuntur.

Da tertiam.

Debet proprijs & apertis & aptis uerbis describi. Absint ideo ambigua & longinque petita. Sin uero huiusmodi fuerint intermixta, definitio iuxta Aristotelem in topicis dicetur ἀσαφὴς ἔμφανεια hoc est, in qua sensus & uis definiti non plene non certe exprimitur. Quæ uero illi contraria est, habet σαφὴς ἀΐτη ἔμφανεια.

Da quartam.

Debet definiti cum definitione mutua fieri con

uersio, hæc enim ἀντιστροφὴ indicat, nam iusta sit definitio, nam uicissim sese & antecedunt & consequuntur, quod fieri nequit, si in proprio aut differentijs uitium fuerit. Itaq; de istis mox obganniunt reæ. Etæ greci λόγος οὐκ ἐστὶ ἰδιός, hoc est, expositio finiti certam speciem non notat, itaq; non proprie illi quadrat.

Quis est modus finiendi?

Si iuxta has leges primum Dialectica tanquam proma conda definitio commune cum alijs inuenerit, deinde tot adiecerit, ut totam rem concludat, et suis limitibus circumscribat, adeo ut ne alij quidem rei quadrare possit, ut, Fortitudo est periculorum et laborum contemptus. Qua sane finitione pyrætae fures & latrones essent fortes. Itaq; subiiciatur pro pietate, qua nota mox isti secludentur. Item Axis est linea, id pluribus conueniet nimirum circumferentiæ, quæ & ipsa linea est. Adijce igitur recta, nam uetusti inter quos est Plato, duo genera linearum posuerunt, unum rectorum, alterum circumferentiarum, reliquæ uero ex his mixtæ sunt, ut obliquæ quas Greci ἑλικος ὀλεὸς uocant. Neq; adhuc satis est quoniam multæ lineæ rectæ sunt, quæ tamen nõ sunt axes. Itaq; additur quæ per centrum spheræ ducta utrinq; circumferentiam attingit. Neq; sic plena est finitio,

finitio, siquidem $\delta\tau\acute{\alpha}\mu\epsilon\tau\epsilon\sigma$ talis est. Quare ut uere sit proprium, subijce circa quam sphaera intorquetur, nunc tandem perfecta est. Breviter autem hoc modo finies, Axis est diametros, circa quã sphaera uoluitur. Sic Proclus, sic Plinius, sic Manilius, sic Aratus describunt. Item, Deliquium lune est interpositio terre inter solem, & lune corpus, id satis nõ est. Nam quoties $\omega\lambda\epsilon\nu\sigma\epsilon\lambda\acute{\iota}\nu\eta$ est, apparet hæc contra solem ex Diametro, attamen nõ deficit. Quare addendum est, quando luna fuerit in anabiazõte aut catabiazõte, hoc est, ut hodie loquuntur in capite, aut cauda Draconis, ut puncto solis ad amissimam respondeat, quod Nadir appellant. Hac ratione Cicero in Topicis hereditatem definit.

Quotuplex est definitio rei?

Quadruplex: Vna est essentialis $\delta\upsilon\sigma\iota\omega\delta\eta\varsigma$. Est quæ per genus & ueram differentiam essentiam rei explicat, præcipue ea tamen censetur, quæ ex eodem prædicamento & genus & differentiam colligit, ut, Homo est animal mentem habens, Virtus est habitus bonus.

Quæ est $\alpha\epsilon\tau\iota\omega\delta\eta\varsigma$ causalis?

Est quæ ex genere & causis conficitur. Causæ autem loco uerarum differentiarum ponuntur.

Quot sunt causæ ?

Quatuor, Materia est proprie ex qua res fit, ut lignum, pannus. Aliàs est circa quam res uersatur, aut in qua res consistit, ut ius est in æquo & bono. Forma est effigies, quæ materiæ contingit ex qua suum nomen accidit, ut mensa. Sed hæc aut est substantialis, quæ proprie inter partes numeratur, aut accidentalis tanquam pictura rei. Efficiens, quæ in re efficienda operam ponit, ut Vestiaris Calceolarius. Finis est cuius gratia res fit, ut Matrimonij finis est, uitare scortationem & sobolem progignere, Literarum fines sunt, ut uitanostra instituat $\sigma\phi\omega\sigma\ \iota\gamma\ \sigma\upsilon\upsilon\epsilon\lambda\omega\sigma$, ut in promptu sit copia & facultas dicendi, ut animus reficiatur omni tempore, loco & etate, ut Cicero pro Archia Poeta indicat.

Da exemplum.

Panis materia frumentum, interdum legumen apud Sarmatas. Forma, quod sit aut rotundus, aut cornicularis, aut Rhomboides. Efficiens ut artocopus. Finis, ut corpus nutriat $\tau\omicron\gamma\acute{\alpha}\epsilon\gamma\ \mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\sigma\ \acute{\epsilon}\sigma\tau\ \iota\gamma\ \acute{\alpha}\lambda\eta\acute{\iota}$. Hinc finitio panis fit, quod sit pistio seu coctio frumenti, uel leguminis subacti in corporis nutrimentum. Huic licet subijcere species ex iisdem causis. Ex materia siligneus aut silignites, triticus, Græce $\pi\acute{\upsilon}\gamma\iota\upsilon\omicron\sigma$, Semidalites ex optimo polline, Fursu

Furfuraceus ex fursure, cui cum triticum fuerit
 mistum ἀνίστρογος, aut στυκόμισος dicitur,
 apud Galenum πύργιασ, Ostrearius ab opsonijs,
 Artolaganus à delitijs, Sitaneus à nouo frumento
 uix trimestri, Crepis ex melle & farina, pfferfferz
 tuche, Zymites id est, fermentatus, Αζύρος id est,
 non fermentatus. Ex forma, boues à præfixis corni-
 bus, bomilij latine quadrati, Obelia à figura uerui
 uel à præcio oboli, Sphericus ut spira, Selene, Corni-
 cularis, ut luna triduana. Ex efficiëte sanulante, ut à
 cinere subcinericus ἐγχευφίασ, à furno furneus seu
 artoptesus, Ex fine seu usu, ut nauticus Græce σπυ-
 ρός ἀγρός, est bis coctus zweibacke, militaris,
 cuius usus est in militia, primarius apud nos weys-
 brot, Secundarius rockenbrot, ciuilis, & cibarius
 qui à secundo uix differt, sicut ciuilis à primario
 apud nos Marthicos. Variant autem horum de-
 scriptiones apud diuersas nationes. Nam non om-
 nes eiusdem notæ sunt apud quoslibet.

Sit aliud exemplum.

Matrimonium, quod est legitima & perpetua
 mariti & foeminae studio gignende sobolis & ui-
 tandæ fornicationis coniunctio.

Explica mihi causas.

E 4

Materia

Materia hic est uir & femina, quæ statim admo-
 net inter impuberes & senes effœtos, & puellas
 nondum uiripotentes non esse proprie coniugi-
 um. Ideo Pomponius Iurisconsultus tum primum
 putabat fore legitimam coniugem eam, quæ minor
 duodecim annis est, cum apud maritum duodecim
 compleuerat annos, ad quod tempus etiam (ut cir-
 ca quartum decimum annum masculi) pubescere
 incipiunt. Aristoteles autem dicit maribus congrue
 re ad ducendam uxorem annum sextum & tricesi-
 mum, puellis autem ut nubant octauum decimum.
 Heraclitus uero tempus tricesimi anni uocauit γε-
 ναιον, quia orbis ætatis est in eo spatium, orbem autem
 ætatis uocat, dum natura humana ad sementem re-
 uertitur. Forma est ipsa coniunctio & omnium re-
 rum adeoq; ipsius uitæ communio. Efficiens est legi-
 tima coniunctio, leges enim tam diuinæ quam huma-
 næ id sanciant. Est etiam utriusq; consensus. Nam
 non est matrimonium, nisi coniuncti fuerint cõnubia-
 li animorum consensu, eorum autem copulatio fiet
 secundum præcepta legum. Siquidem præter æta-
 tem, primum & uoluntatem parentum (quorum
 consilio ferè hoc contrahitur) attendere oportet,
 deinde quæ personæ quibus copulari quæant. Nam
 non temere neq; promiscue hic coitur, quemadmo-
 dū apud barbaras gentes, & nostros Anabaptistas
 fit qui.

fit, quibus uxores sunt communes, sicut apud Germanantes nulli erat certa uxor. Ideo illic prognati spurij erant, patrem tantum formæ similitudine agnoscebant. Quare recte à Plinio matrimoniorum exortes dicuntur. Hic societas stupri, adulterium, et deniq; *ωογυ'ε'τα* excluditur, quia contra leges sunt. Verum præcipue additur, ut indiuiduam tum uitæ tum omnium fortunarum societatem habeant, imo uterq; in alterius corpus ius habet, & sic recte ille paterfamilias, recte hæc materfamilias diceretur cum in bonorum familiæ societatem ueniant. Finis est uitatio fornicationis, præcipue tamen propagatio sobolis. Quare neq; inter effætas & impuberes, neq; inter eunuchos uerũ ius matrimonij esse potest.

Definitio legem ex causis.

Hanc Demosthenes definit, & eam Papinianus repetere dignatus est, atq; sic ait, Lex est commune præceptum uirorum prudentium consultum, delictorum, quæ uel sponte uel ignorantia contrahuntur, correctio, & communis reipublicæ sponsio.

Quot sunt causæ hac ifinitione?

Tres. Nam non semper necessarium est omnes congerere causas, sæpe enim una aut altera rei definiendæ par est.

Dic formam.

Potest esse commune præceptum. Sicut sententia uniuersalis est, secundum quod omnes ciues, qui sese obstrinxerint in eadem ciuitate, uiuere oportet. Nam leges ut & magistratus omnia ad utilitatem ciuitatis referunt, & agunt, totumq; corpus reipublicæ, non partem aliquam curant.

Enarra efficientem.

Due sunt efficientes, una imperans, ut est consulum uirorum prudentium, altera obsequens, ut commune Reipub. pactum. Nam prudentes ab optimis naturæ exemplis eandem sanxerunt, quo inter bonos bene ageretur, ueluti Athenis publicis exerationibus detestabatur, si quis erranti uiam non monstrasset. Sic Cornelius de ficcarijs, Iulius de stupratoribus, de adulterijs, de peculatoribus, Pompeius de parricidis. Sic alij atq; alij de diuersis rebus publicæ utilitati consulentes decreuerunt, in quorum mentibus hæ erant diuinitus inscriptæ. Quæ de causa D. Paulus legem non dubitauit ueritatem Dei appellare, quam in corda hominum Deus insculpsit, quo infirmitati ingeniorum subuenirent, aut ex ætate lubrica, aut etiam consuetudine deprauatos tot malis liberarent, quæ ipsi cernere non poterant. Idcirco Demosthenes non
temere

temere addidit, legem esse inuentum & donum Deorum.

Quid dicis de pacto seu sponsione Reipub?

Id dico, quod Iulianus. Ipse leges nulla alia causa nos tenent, quã quod iudicio populi receptæ sunt in his siquidem totius ciuitatis requiritur consensus, rogante aliquo magistratu. Quare ad eiusdem quoq; usum referri debent, & non dura aliqua interpretatione contra ciuium commodum torqueri, con filio Modestini. Hinc quis colligeret, nobis nõ esse legẽ, quod apud diuersas nationes usitatũ erat atq; decretum, nempe quod Cyprij uirgines ante nuptias prostituere solebant, quod Augiæ scæminas suas nocte, qua nubarent, omnium stupro patere sinebant, ut in reliquum perpetua illis pudicitia esset, quod Adrimachidæ Pœnorum gens uirgines nupturas regi suo adducebant, ut illi copia esset de uirginandis, quod Indi parentes senio confectos interficiebant, & interemptos epulis esitabant. Nos uero à tam barbaris & inhumanis moribus abhorrebimus, ut qui in illos neq; consensimus, neq; ulla in his facta est ciuium nostratum sponsio. Sunt enim suæ cuiq; genti leges & instituta uiuendi, hinc prouerbi um est: Lex & regio.

Expli=

Explica & finem.

Finis & usus eorum est, ut coerceantur quaelibet delicta, ne societas ullo modo rumpatur, sed ut cuique suum maneat, ut nemo lædatur, ut nocentes puniantur, ut innocentes defendantur & honorentur. Nā magistratus, qui tanquam lex loquens est, non bonis sed malis est terrori, teste D. Paulo: Quod si non vis potestatem timere, benefacito & ab eadem laudem habebis. Sin autem malefeceris, time, non enim frustra gladium gestat. Virtus quidem legis consistit in imperando, vitando, permittendo, & puniendo, puniunt autē propter delicta, tan quæ sponte, quam quæ imprudenter commissa sunt, id est, delicta supina, & crassa. Martianus enim iurisconsultus scribit delictū fieri tripliciter, aut proposito, aut impetu aut casu. Proposito quidem delinquent latrones, qui scitionem habent, impetu autem cum per ebrietatem, ad manus uel ad ferrum uenitur, casu uero cum quis inter uenandum telo in feram misso hominem interficit. Cæterum si quis Tyronum iurisprudentiæ differentias legum subiungeret, per me liceret, quales sunt ab efficiente, ut lex Scatinia, Cornelia, Oppia, Atinia, Apollinis, Mercurij, Solonis. A fine, ut lex sacrata. A materia ut lex Satyra. A contingebus circumstantijs uidelicet à loco, ut Curia

Sunt

Sunt ne huius finitionis ad-
huc aliquot formæ?

Sunt quidem, Nam quæ κατὰ πρός τι dicitur
huc refertur, quæ est relatiuorum. In his enim alter-
rum alterius causa est, Vt patronus est, qui clientē
habet, creditor est, cui est debitor, Præceptor cui
discipulus & contra, possunt enim mutuo inter se
cōverti, quod sic Aristoteles expressit, πᾶν τὰ τὰ
πρός τι πρός ἀντίστροφοντα λέγεται.

Est ne alia?

Est quæ ab officio, iuxta alios ab effectu dicitur,
quoties usus rei & finis & euentus describitur.
Nam ut ex officio finis, ita è conuerso ex fine offici-
um perspicitur. Ergo finis Dialectices est probabili-
ter dicere, officium est parare ea, quæ ad probabili-
tatem orationis pertinent.

Da exemplum.

Iustitia est perpetua & constans uoluntas tribu-
endi cuiq; quod suū est. Genus hic ciuilius expressiō
est, quàm apud Philosophos, qui eadem tamen sentē-
tia uirtutem appetitiuam dicerent. Est enim uirtus
iuxta Ciceronem in paradoxis, consentiens cū ratio-
ne & perpetua constantia, nam is non est temperās
qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effusa
derit, nos.

derit, neq; is iustus est, qui depositum nullo teste, cū lucrari posset auri pondo decem, reddiderit, si idem in decem milibus pondo auri, id non fecerit. Quare iustus sit usq; iustus, temperans sit usq; temperans, utq; omnibus uirtutibus, quas Græci dicunt ὁρμητικὰς, præditi perpetuo & constanter uelle debent, quod cum honestate coniunctum est. Huius loci quoque est sanctus, qui corde contrito est, & offert sacrificium laudis, quæ sumpta est ex primo & altero præcepto decalogi, Item Episcopus est qui docet uerbum dei, & λειτουργία ἡ ἀδελφότητος administrat. Hac autē forma uirtutes, magistratuū nomina, & quarūlibet personarum officia definiuntur quam frequentissime.

Quod nam est finitionis tertium genus?

Est uel per partitionem, in qua partes alicuius totius enumerantur, ut corpus humanū est quod capit te, thorace, uentre, brachijs & pedibus constat. Medicina est, quæ morbos aut uictu, aut medicamentis, aut manu curat. Partes enim medicinae sunt διακτικὰ καὶ φαρμακευτικὰ, et χειρουργικὰ. Adijcitur hic et officium medicorum. Ita interdum finitionum genera commiscuntur. Fit et per diuisionem, quæ ex genere et specierum, sicut illa partium enumeratione, perficitur, ut honestū est, quod iustitia, prudentia, fortitudine & mo-

ne et modestia consistit, Ius scriptum est lex, senatus consultū, plebiscitū, edictum prætōrū, responsum prudētū. Sunt enim aliæ partes generis dictæ *συγ-
γνῶσις*, hoc est formæ eiusdem generis, ut sacramē-
tū est baptismus et Eucharistia, aliæ sunt integræ a-
pud Aristotelē *ἡ σύνολοι*, ut in domo sunt tectū,
parietes, limē &c. Cæterū si partitio est plena, *ἕπερ
ἐξ ἰσομετρίας*, sin minus, *μετρίσμος* uocatur proprie.

Quod nam est quartum fini-
tionis genus?

Accidentalis, quæ ex genere & congerie accidē-
tū cōflatur. Hoc quidē subiectum planū sit, et cōtra
accidentia per subiectū describuntur, sic utrunq; al-
teri suam operā præstat, Glycirrhiza est fruticulus
habens bicubitales ramulos, in quibus sunt folia den-
sa, Lentisco similia, pinguis, tāgenti glutinosa, florē
Hyacintho similē, fructū pilularū, Platani magnitudi-
ne, asperiorē tamē, siliquas Lentis, figura breues,
ruffasq;, radices sunt longæ, buxæo colore, et Gen-
tiane sapore leniter acerbo, sed dulci, consule Dio-
scoridem.

Est ne hæc simplex?

Minime, Nā una *ἐννοηµατικὴ*, quæ dicitur notio
seu notatio, quādo res per notas seu signa describi-
tur.

tur. Romanus gens togata, Græcus gens palliata;
Ira est effervescentia sanguinis, qua oculi rubent,
uultus pallet, ut Agamemnon iratus apud Homerū
describitur.

Quæ est altera accidenta-
lis finitio?

ὑπογραφή, Descriptio in qua describitur qua-
lis res sit, nō quid sit. Ideo uocatur ὑποσῆξις quod
qualitatem rei exprimat. Hoc modo finiuntur ferè
piscis apud Oppianum, plantæ, frutices, & suffru-
tices apud Theophrastum, animalia apud Aristote-
lem & Albertum magnum, metalla apud Galenum
& Aratum, Aratum & Manilium
herbæ apud Dioscoridem. Hic quoq; comprehen-
duntur topographia, chronographia, prosopogra-
phia, hypotiposis, ἐκόνεσ, quales sunt Philostrati
& nonnullæ Plutarchi.

Quid est diuisio?

Est communioris rei in angustiores distributio

Quot leges sunt diuisionis?

Tres: Prima, ut sit binembris, ut quæstionum
alithesis, alia hypothesis. Hæc tamen lex non est
perpetua, sed optabilis esset, si legitime constarent
differentiæ. Quo fit, ut qualibuscunq; duabus, uel
pluribus

pluribus utamur, fruamur, quo uniuersa res diuidatur, quantum hæc sua latitudine complectitur.

Dic aliam legem.

Ne coincidant differentiæ, hoc est, ut sint repugnantes. Male itaq; diuiditur, Hominum alij pij, alij beati, quia beatitudo ita cum pietate coniuncta est, ut alterum alterius faciat officium. Sub utroq; enim complectimur uitam cum Deo, quæ gratiæ diuinæ, ac fidei Christianæ est compos.

Dato ultimam legem.

Vt iusta sit diuisio, quæ fit dum totus ambitus rei diuidendæ explicatur, ut, Ceremoniarum aliæ sunt piæ, aliæ impie. Nondū satis plene diuise sunt, sunt enim communes à *ἅλις* & *ῥογοῦ*, quæ neq; damnant, si neglectæ fuerint, neq; beant, si seruata fuerint, ut uestium, ciborum, dierumq; ratio & delectus apud Christianos.

Quotuplex est diuisio?

Duplex: Vna est substantialis, altera accidentalis. Illa autem rursus triplex est, Aut diuisio, quæ est generis in species distributio, ut animalium aliud rationale, aliud irrationale, græce ἄλογον. Magnitudinum alia est linea, alia superficies, alia

corpus. Corporum simplicium aliud cœlum, aliud
 elementum. Cæterum quando desunt uocabula, tum
 differentie constitutiue subueniunt, cū genus in spe-
 cies per differentias diuiditur. Hæ enim generi ad-
 iunctæ totam rei naturam breuiter explicant, dicun-
 tur igitur ἐιδολογοί & οὐσαῖναι & οὐρα
 πλῆρωσιναι, quod certam speciem constituent &
 impleant, ut plenior & perfectior fiat definitio &
 diuisio. Aut partitio, quæ integri seu totius in par-
 tes distributio est, ut domus in tectum, parietes, &
 fundamentum dissecatur, Tragedia & Comœdia
 in protasin, epitasin & catastrophen diuiduntur.
 Tragediam iterum in prologum, chorum, episodi-
 um & exodum partimur. Hæc autem proprie in
 partitione subdiuisio appellatur. Prius enim res
 distribuitur in generales partes, deinde hæ rur-
 sus in suas, alia postea in alias distribuuntur, adeo
 ut postremo in minimas usq; particulas ἀτο-
 μικῶσ dissoluerentur. Differt autem partitio à
 diuisione, sicut pars à specie. Nam de hac idem ge-
 nus predicatur, de illa uero totum non item. Itaq;
 recte dicitur, Iusticia est uirtus, sed non protinus fie-
 ret, ut tectum esset domus. Sæpe tamen confundun-
 tur, qua de causa Rhetores Græci utramq; μερισ-
 μόν uocant. Aut distinctio, quæ est in una uocæ
 significatorum enumeratio.

Condu

Conducit autem ut in disputando omnis ambiguitas exterminetur, sicut finitione nominis, ne more uel Antabatarum, uel ebriorum certandum sit, per hanc sane, quæ significatio, pro re, pro loco quadrat indicamus. Quare à Boetio non male partitio æquiuocationis dicitur, quem morem uetustissimi authores in dicendo seruarunt, ut pax aut est reconciliatio, ut apud Paulum. Christus pax nostra, aut ἐὼς ἀοκεία, seu bona uoluntas apud Lucam, & in terra pax, quæ ibi ἐφηνυ τικῶσ exponitur, ἀνδρῶν ποιοῦ ἐν δ' οκεία, nempe quod deus beneuelit hominibus qui sunt in terra. Est igitur dei φιλανδρῶν πία aut gaudium conscientie, propter remissa peccata, ut in salutationibus Paulinis, aut est fœlix successus, ut Ioseph rogat: Est patri meo pax: Latinus dixisset, ut ualet pater meus? saluus ne est? satius salua omnia? Sic dicitur: Pax uobis, sic Græci suum ἑγὼ ἀνεῖν ἐν πρῶτ' ἑῶν usurpant, aut est concordia, qua quis neminē lædit, imo pleniori obsequio sibi demereri studet, id fere apud Ethnicos scriptores, & Psalmo 34. inquire pacem, hortatio fit ad tranquillitatem ciuilem, aut κατὰ τὸ μετ' ὁμοῦ μίαιον, pro cæna domini capitur ut supra meminimus.

Quotuplex est accidentalis?

F 2

Triples

Triplex, Prima est diuifio fubiefti in accidentia et fit quando diuidendum est in fubftantia, & partes diuidentes in alijs categorijs, & dicitur enumeratio accidentium.

Da exemplum ab adiacentibus

Hominum alij liberi funt, alij ferui, Item, hominum alij ciuiles feu φιλένδρωτοι, alij barbari, quales funt μισάνδρωτοι feu Timones. Item plantarum quædam funt nodosæ, ut Sambucus, laurus, quædam funt enodes, ut Iuncus, gladiolus. Nodus autem est in arboribus, ficut in uitibus gemma in harundinibus geniculum, in ulmo & robore crade.

Da ex loco.

Animalium aliud terra, aliud mare degit, aliud utrobiq; ut ἀμφίβιον, Plantarum alia funt urbana, alia fylueftres,

Da ex tempore.

Florum alij funt hyberni, alij uerni, alij æftiuui, alij autumnales, Comædiarum alia uetus, alia noua.

Da ex actibus.

Planta

Plantarum alia sunt fructiferae, alia steriles, Co-
mœdiarum alia statoria, alia motoria, alia mixta,
Hominum alius studio, alius lucro, alius uoluptati
operam dat.

Da ex efficientibus.

Animalium aliud gignitur efficacia parentis, ali-
ud calore, aliud putrefactione.

Possunt ne fieri diuisiones
in alijs locis?

Imo ex omnibus fit diuisio, atq; etiam si uis ipsa
finitio pro rei natura & commoditate, sicut auto-
res faciunt, ut nobis postea frequens usus suppe-
ditabit. At ex repugnantibus nulla fit apta diuisio.

Quæ est secunda diuisio
accidentalis?

Superiori est contraria, uocaturq; diuisio acci-
dentis in subiecta. Subiectum enim ex substantiæ,
sicut diuidendum ex accidentium classe est, quæ illi
tanquam fulcro innititur. Feritas alia est serpentis,
alia reliquarum bestiarum est, Bonorum aliud est
animi, aliud corporis, aliud fortunæ.

Quæ est tertia diuisio
accidentalis?

Est diuifio accidentis in accidentia. Nam hic & diuidendum & partes diuidentes, aut ex uno, aut ex pluribus predicamentis, excepta sola substantia, depromuntur. Obligationum alie ciuiles, alie preetoria, Diminutionum capitis alia est maxima, alia media seu minor, alia minima, bonorum aliud honestum, aliud utile, aliud iucundum.

Quorū nam hæc uniuersa dicta sunt?

Ad iustam locorū noticiam. Nam nisi quis probe definierit & diuiferit, fieri nequit, ut in topicis fructum faciat. Quare propter definitionem & diuisionem uoces, & categoricas didicisse oportuit, ex quibus alij loci fere nascuntur, utpote partes definitionis, genus, species, differentia una cum partitione, quas cause cum euentis, sicut umbra corpus, sequuntur, à quibus haud longe adiuncta, comparata, similia & repugnantia absunt. Recte igitur Topices elementa uocata sunt.

Quid est topica?

Est quæ Τόπος, hoc est locus continet. Exco-
gitant sanè ueteres prudentissimè locos, ex quibus
argumenta tanquam ex domicilijs seu pœnis
depromuntur, quibusdam autem uidentur esse tan-
tum sig

sum signa, quæ ceu Mercuriales statuæ post rem seu causam propositam, uel casu uel occasione quapiam summam indicant, quid de quaq; re differendum sit. Quare Cicero sic ait: Ut igitur earum rerum, quæ absconditæ sunt, demonstrato & notato loco facilis inuentio, sic cum peruestigare aliquod argumentum uolumus, locos nosse debemus. Sic enim appellatæ ab Aristotele sunt hæ, quasi sedes ex quibus argumenta promuntur.

Quid est argumentum?

Est ratio, quæ rei dubiæ fidem facit. Quicquid enim ex locis depromitur argumentum est, id est collectio, qua thema probamus. Est itaq; inuentum probabile non tantum ad faciendam fidem, sed ad reæ amplificationem. Hinc Aristot. ἐνδομημῶν τοῦ σοιχῆτα esse locos ait.

Quotuplices sunt loci?

Duplices, personarum & rerum, Personarum quidem loci ad prosographiam mire conducunt, atq; non paucorum argumentorum in grauibus con-
trouersijs sunt promptuaria.

Quot sunt loci personarum?

F 4

Trede

Tredecim, Primus est genus, in quo exploratur quibus maioribus quis prognatus est, in quo spectantur natales, decora familie, & portenta quæ in ipso partu contigerunt. Quemadmodum nato Alexandro uise sunt duæ aquilæ præpetes supra culmen tecti. Omen erat duplicis imperij Asiæ & Europæ. Neq; omittitur, an filij sint parentibus similes, an degenerarint. Quod genus est, Si filij Abrahami essetis, opera Abrahami faceretis, Sed opera eiusdem detractatis, Ergo non estis Abrahami filij, Item, Cui Deus pater est, is & filiū amat, Pharisei filium non amant, Ergo istorum Deus pater non est. Inuestigatur & hic num sint indigenæ, quales athenienses ἀὐτόχθονες, quos Sophocles χθόνιος ἐγεχθεύστας nominat.

Quis est secundus personarum locus?

Natio, quæ admonet de proprijs moribus & peculiari ingenio quarumlibet gentium. Sunt enim singulis gentibus sui ritus & ingenia, nempe Cretenses mendaces, Peni sædifragi, Attici fideles, Scythæ feri & immanes, Galli stolidi, Syri auari, Siculi acuti, Asiatici luxuriosi, Hispani animosi, & iactabundi, Germani sinceri & bellaces, Chij casti, Megarenses male pueros educant, Cyrenes.

renei delicati, quorum ignauiam & socordiam Plato admiratus est, quando illis leges conderet. Campani luxui dediti, Iudaei superstitiosi, Mytilenaei Cytharedica se oblectabant, ut Thebani tibijs, Phaeaces hospitaes, Lastrygones inhospitaes. Sub hoc est & patria, à qua non uulgaris laus & uituperis um oritur. Nam Xenophylus Pythagoricus eos optime educari ait, si bene instituta ciuitate nati essent. Quare Solon dijs gratias egit, quod Athenis natus esset.

Quis est tertius locus?

Aetas cum suis partibus. Sunt enim singulis sua decora, quae apud Ciceronem in officijs, & ad Pisones apud Horatium describuntur. Terentius: *Amauit dum aetas tulit.* Sub hac est quoque tempus, utpote cum iudicamus, quo tempore floruerat, sicut multi gloriati sunt se eo tempore natos esse, quo Plato Deus philosophorum floruit. Est enim aliud seculum aureum, aliud argenteum, aliud aereum, aliud ferreum, aliud prorsus exulceratissimum, quo non est locus neque religioni neque politicae.

Dic quartum locum personarum.

Sexus est, qui ad coniecturam plurimum facit. Nam facilius latrocinium in uiro, ut Fabius ait, et in

foemina uene filium creditur. Conducit quoq; ad amplificationem. Cicero pro Sestio, Mortem (inquit) quam etiam uirgines Athenienses, regis ut opinor Erechtaei filiae, pro patria cōtempfisse dicuntur, ego uir consularis timerem? Est autem hic proprie à cōparatis minoribus argumentum.

Dic quintum locum.

Educatio est, sub qua continetur natura aut in adules, deinde doctrina cū praeceptis & arte, ut Cato filium suum, quāprimū per aetatem licuit, erudiuit, & noluit seruo suo Chiloni Grammatico committere, qui alioqui complures quodam in ludo pueros docuit. Ipse enim uolebat sui filij esse praeceptor, & magister exercendi corporis, non modo inculcandi & tractandi arma, & equo uehendi, sed etiam pugnam dimicandi, & colorem & frigus tollerandi, gurgitates & asperissimos fluctus pertranscendi, à uerborū turpitudine praesente puero sic temperauit, quasi Vestalibus uirginibus arbitrīs locutus esset, nec cum eo lauit more ueterum Rhomanorum. Sic Megareses suos docuerunt negotia, & uerba, & quae dicitur. Habuerunt siquidem plerūq; gentes suam educandirationem, alia erat apud Persas, quemadmodum de Cyri pedia apud Xenophontem, alia apud gentem Sophitis, de qua Curtius.

Dic

Dic sextum.

Habitus corporis, in quo spectamus deformitatem aut speciem, robur aut imbecillitatem, proceram aut brevis statura, pinguem & macrum, exilem & crassum, & quæ physiognomonica sunt, Cicero pro Roscio: Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? Qui iccirco est capite & supercilijs semper rasis, ne ullum pilum boni uiri habere dicatur. Sic Menelaus & Vlisses apud Homerum de pinguntur. Sic Isocrates Helenam, sic Herodianus Commodum imperatorem ab eadem forma laudauerunt, quatenus erat cum dignitate coniuncta.

Dic septimum.

Conditio seu genus uitæ, in quo queritur Magistratus ne sit an priuatus, clarus an obscurus, Magistratus an cælebs, digamus, an monogamus, seruus an liber. Terentius: Seruum hominem causam orare leges non sinunt. Statuunt autem ueteres tria genera uitæ, ciuile, contemplatiuum & religiosum. In ciuili est prudentia, in altero doctrina, in tertio sanctitas.

Dic octauum.

Fortuna est, sub qua sunt opes, propinqui, amicò cliente

clientele, dignitates, honores, atq; his contraria.
Terentius: Imo hoc cogitato, qui cum res tibi est,
peregrinus est minus potens quam tu, minus notus,
amicorum hic habens minus,

Dic nonum.

Animi est natura seu habitus, seu mores, in quibus
transmutantur affectus immutabiles, seu temporarij,
ut uehemens, modestus, timidus, iracundus
sed qui perpetui sunt, commotionis uocabulo potius
significantur, ut est ira, timor, Exempli gratia:
Alexander magnus uinosus erat, & compotiores
in conuiuio poculo bicongio prouocauit, Milo
Crotoniata uiginti libras carnis, & totidem panis
esitabat, & tres congios uini bibebat. Huc referuntur
animi bona, ut sunt potissimum uirtutes, quibus
contraria sunt uitia.

Dic decimum.

Sunt res gestæ, in quibus est catalogus dictorum
& factorum, & quæ in ijsdem consilia fuerant, quæ
etiam præcipue obseruatur. Thales Milesius urfos
cælestes reperit & solis deliquium, Cicero consul
penè solus urbem liberauit à Catilinæ complicibus.

Dic undecimum.

Nomen est, ex quo non tantum argumenta sed
etiam

etiam ioci & scommata trahuntur, ut Alexander Mammea dicebatur, qui plus quam satis matri tribuit, Verres qui conuerterit, quia furax erat. Eius generis multa sunt exempla in Cratylo Platonis, & in Biblijs, quibus ferè ab euètu nomina indita sunt, & non temere. Ioseph est, ergo accumulabitur multis bonis, post aliqua mala accepta, atq; hoc sibi uoluit Polymita: Abraham est, ergo pater multarum gentium est, quod etiam promissio dei indicauit.

Dic duodecimum.

Genus mortis, quo quisq; perijt, Filius Dionisij Syracusani Phtheiriasti perijt, propter cõtemptans à patre religionem, Regulus malebat se multis modis affligi & torqueri à pœnis, & tandem miserrime memori, quam hostibus non seruare fidem, & suadere Romanis, ut captiui restituerentur, Arrio in latrina sedenti effluxerunt intestina cum uisceribus.

Dic tertiumdecimum personarum locum.

Quæ mortẽ consecuta sunt, ueluti quomodo finis efferrı curatum est, quando iusta persoluenda erant, et ludi funebres instituti, ut uidetur in funere Patrocli apud Homerum, Anchise & Didonis apud Virgilum.

Quis

Quis est usus horum locorum?

Conducunt non solum ad argumenta, sed etiam ad tractandum genus ἐπιδημητικόν, ad rationem amplificandi, in deliberatione, suasione & coniecturalibus causis, breuiter et in prosopographia, quæ non est aliud quàm historica quædam rei narratio, Itaque plerique historici eorum ductum et stilum sequuntur, ut Salustius in Catilina, Suetonius in Cæsariibus, quos imitati sunt Dion Cassius, Aelius Spartianus, Iulius Capitolinus, Aelius Lampridius, Volcatius Gallicanus, Trebellius Pollio, Flavius Vopiscus, Sextus Aurelius uictor, Eutropius, Paulus Diaconus, ex recentioribus Pomponius Latus, Plautina, & alij.

Qui nam sunt alij loci?

Sunt rerum, sed non simpliciter. Alias enim ex tradicendi rationem argumenta accipiuntur, alias uero ex ipsa causa trahuntur, et quodammodo progignuntur, cùm in ipsa re cohereat, quo factum est ut sint duplices loci, priores quidem ἐξ ἑχθροῦ, id est, in artificiales, in quibus maxima pars contentionum forensium consistit, et apud iurisperitos frequentissimo in usu sunt. Posteriores autem sunt ἐκ τεχνῶν, hoc est artificiales, in quibus oratoris industria exigitur, & recte dicendi arte absoluuntur.

Quæ

Quot sunt loci inartificiales ?

Sex, qui & assumpti appellantur, quod à reis offerantur & ab inuentione artificis sint remoti. Primus est præiudicium, per quod rem statutam & decretam intelligimus, quæ iudicaturis exemplum offert, quod sequuntur, aut est uelut exemplum seu formula uelut præiudicatarum causarum, uulgo tamen præiudiciorum nomen etiam ad ius scriptum referunt, uerum id Quintiliani sententia confirmatur autoritate eorum, qui pronunciarunt et similitudine causæ, seu casuum.

Quis est secundus inartificialis locus ?

Rumor seu fama, quando ex constanti populi sermone autore certo uel incerto confirmamus, ut, Constantis fama per urbem uolauit, illum furari, Ergo fur est. Non tamen necessario probat fama, sed alijs argumentis additis plurimum facit.

Quis est tertius ?

Est quæstio seu tormentum, cum per supplicia à sceleratis, qui in suspicionem uenerunt necessario ueritas extorquetur. Quare hic locus est orationis expressæ, quam sic uocant, cum eam
scelerati

scelerati quaesitoribus confiteantur, necessitate impulsus. Illi uero contraria est libera. Cuius autem quanta sit autoritas iuriconsulti docent.

Nominato & quartum.

Iurandū quod Dei est cōtestatio ad aliquid de cidendum aut praestandum. At hęc contestatio est nihil aliud, quam sui ipsius ad ultima supplicia diuinae uindictae, si aut fraus aut dolus est deuotio. Cuius autoritatem & sacrae literae admittunt & in supplementum fere probationum deficientium surrogatur, ut, iurauit non Iouem lapidem, sed Deum creatorem, & sacrosanctum Dei Euangelium, Ergo illi habenda est fides. Confutantur uero iurata ex consuetudine, timore, & alijs circumstantijs, quibus fit, ut homines peierent.

Dicito quintum.

Tabulae, quae apud Graecos *γραμματα* sunt, uel publica, ut apud Demosthenem *δημοσία* uel priuata, ut sunt *apocha*, & *antapocha*, seu quaelibet epistola, Chyroglyphum, etiam Codex accepti et expressi, ueteres autem ea tantum in ceratis tabulis adnotabant. Hic sunt pacta & promissa.

Ostende & ultimum locum rerum inartificialem.

Testimonium

Testimonium seu testes, de quibus non paruus labor est. Quibus autem dictio testimonij est, Iuris-
consulti docent, & Rhetores faciunt ex his locos
communes, quatenus in utranq; partem, tam accu-
satoris quàm rei, tractari possunt, atq; in singulis et
confutationem & confirmationem subiungunt.

Quotuplices sunt loci rerum
artificiales?

Triplices, alij interni, alij medij, alij externi.
Interim quidem sunt qui in ea ipsa re, de qua agi-
tur, herent, fixiq; sunt, ut definitio nominis uel rei,
genus commune & particulare, species, propriū,
seu differentia, totum, partes & coniugata.

Qui nam sunt medij?

Sunt, qui circa substantiam quàm proxime co-
herent. Quare dicuntur loci, qui substantiam comi-
tantur, ut adiacentia, actus, subiectum.

Qui sunt externi?

Qui extra rem sunt, proxime tamen plus mi-
nus quasi circumstant, ut causæ, effecta, contingen-
tia, similia, dissimilia, comparata, & repugnantia.

Quomodo ex definitione
inuenitur?

G

Quando

Quando ex eadem argumentum depromitur ad definitum, & è contra à definito ad definitionem, mutua enim utrinq; ad alterum fit argumenti collatio, uel affirmatiue, uel negatiue.

Quomodo affirmatiue & à definitione ad definitum argumentum trahitur:

Nominis quidem, Paulus aliò legatur, ut Christi heri sui mandatum exequatur, Ergo est apostolus Christi. Cæsar uirum se præstat, Ergo recte Cærolus uocatur, Karll enim Germanis id sibi uult. Iacobus est, Ergo pessundabit mundum & inferos cū suo comitatu. Tales Iacobi sunt omnes Christiani, sicut Christophori. Rei autem ut docet poenitentiam & remissionem peccatorum, Ergo est uerus Ecclesiastes. Liberat nos à potestate tenebrarum, & trāsferit in regnum filij sui dilecti, Ergo Deus & pater est. Constat enim salus Christianismi, ἐν τῷ ἐξουσίαις καὶ μεταστέσει, ut est ad Collos.

Quomodo argumentamur à definito ad definitionem:

Abigeus est. Ergo aliò oues Christi abigit, atq; ita malus Ecclesiastes est. Nam κατὰ μεταφορὰν à Paulo falsi doctores συλαγωγῶντι ὄντι uocātur, ut pote

pote qui prædam abigunt, hoc est oues Christi in aliena pascua, quippe in doctrinam orophanam atq; adulterinam, iisdem & κατὰ βλάβην dicti sunt, ut qui uero brabio Christianos fraudant. Episcopus est, Ergo uerbum dei docet & sacramenta porrigit. Lex ciuilis est, Ergo est dogma prudentium ex consensu ciuium ad uitanda incommoda.

Canon uniuersalis

Cui conuenit definitio, eidem & conuenit definitum, & uice uersa.

Quomodo negative argumentamur ex eodem loco?

Non est corpus Dei cuius Christus caput sit, Ergo non est Ecclesia. Non iudicat iuxta præscriptas leges, Ergo non est iudex. Seditiosus est, ergo magistratui non obedit. Malus est iudex, Ergo & uo & iα neglectit.

Canon uniuersalis.

Cui non conuenit definitio, eidem nec definitum, & contra.

Quæ est argumentandi ratio à genere ad speciem?

G 2

Primo

Primo negatiue, Non est uirtus in homine, Ergo neq; continentia. Nullum apud pios præualeat demonium, Ergo neq; Beelzebub neq; Baal.

Canon.

A quo aufertur genus ab eodem & species.

Quomodo affirmatiue?

Quando ab uniuersali ad particulare, uel quando signum præponitur, quod uniuersitatis naturam habet ὅλα καὶ τὰ ἑωυτῶν ἢ ὅτι, ut, Omnis pius Magistratus est minister Dei in bonum, Ergo & Marchio Iochimus secundus minister Dei &c. Vindicta licita est Magistratui, Ergo & bellum licet. Aromata sunt ἐὺς ὄμαχα. Ergo & Macer & Cinnamomū uentriculo profunt.

Canon.

Quod tribuitur generi, uel uniuersali rei, idem & speciei tribuendum est, ut si quis omne argentum legatum uxori duxerit, signatum, infectum, purum putum, & alias eius species comprehendit.

Quomodo à specie ad genus uicissim argumentamur?

Affirmatiue tantum, ut, Bellum licet gerere Magistratus, Ergo uindicare licet, Furtum est, ergo maleficium.

lescium est, Saphirus est alexipharmacum, Ergo et
gemma potest arcere uenenum.

Canon.

Cui tribuitur species eidem & genus. Habet quod
que species firmam generis probationem, sed confu-
tationem infirmam, cuius contrarium est in genere
quod non ita probat speciem ut confutat. Idem sen-
tias de communi & particulari, siquidem genere sub-
lato actum est de speciebus. Sin autem hæ fuerint, &
illud extitisse oportuit.

Dic modum argumentandi à dif-
ferentia & proprio ad defi-
nitum & econtra.

Affirmatiue & negatiue ut ex definitione, cuius
istæ meliores sunt partes Differit, ergo Dialecticus
est, Pygmei ratione utuntur, aut sunt λογικοί, Er-
go homines, Satyri sunt ἀλογοί, ergo non sunt ho-
mines. Ponit animam suam pro ouibus suis, ergo ue-
rus est pastor. operatur fide, ergo est Christianus,
Non habet multarum rerum memoriam & usum, er-
go imprudens est.

Canon.

Si cui differentia seu proprium alicuius cōuenit,
& id cuius est differentia.

Cur hic commisces differenti
am cum proprio?

Quia ab Aristotele uides illam ab hoc esse separa-
ratam sola comparatione, cum re ipsa nihil inter sit.
Differentia enim dicitur quatenus generi, aut alienæ
speciei, proprium uero, quatenus suæ speciei confer-
tur. Exempli gratia: Rationale ad hominem quidem
proprium, ad brutum uero, seu ad Leonem differen-
tia erit. Alterum est quoque discrimen, quod supra ad-
notatum est.

Explica & naturam totius
ad partes.

Totum est partium iusta collectio. Sed hoc nunc
est substantiale, quod ex partibus substantialibus cõ-
stat, ut Homo est, ergo ex corpore & anima absolui-
tur. Arbor est, ergo ex ligno & uita esse dijudicabi-
tur. Nunc est continuum seu quantitatis, seu integra-
le, quod ex partibus integralibus, ut Difficuit popu-
lo Romano mulierem esse bigamam, Ergo & Equiti-
bus & plebi difficuit. Nouit Dialecticem, ergo inuen-
tionem & iudicium nouit. Tota classis aquis obruta
est, Ergo & phaseli, quas galeonas nunc uocât, Ergo
& hemiolie, quæ fustæ sunt Venetis.

Canones καδολικοί.

Positō

Posito toto, ponitur et pars eius quælibet. Negato toto, negatur eius quælibet pars.

Quomodo argumentamur à partibus ad totum?

Dupliciter, uel per affirmationem seu ueram constitutionem uniuersarum partium in toto, ut inuenit disponit, eloquitur, memoria tenet & pronunciat: Ergo est orator. Patricij, Equites, plebei in hoc consenserunt, ut mulieres essent abstemiæ, ut neq; gener cū socero lauaretur, Ergo populus Romanus in hoc cōsensit. Vel per negationē seu destructionē argumentamur, quando partes negantur, negatur & totum, ut Est ignarus in ratione dicendi, in rerum et morum cognitione, Ergo non est philosophus. Neq; sensu neq; iudiciā, neq; testamento liber factus est, Ergo non est liber.

Canones.

Quæ omnibus partibus insunt & toti insunt. Negatis partibus & totum esse nequit, & contra concessis uniuersis partibus, totum necessario statuitur.

Quotuplices sunt partes?

Duplices, Aliæ substantiales, quæ subiectum

constituunt. Quare ab alijs partes rei constituenda nominantur, ut sunt materia & forma, sicut est rotunditas poculi aurei. Aliæ sunt integrales, quæ integram rem complent, ut caput, collum, humeri, brachia, pectus, uenter, dorsum, & alia membra hominis corpus absoluunt.

Partes integrales sunt ne simplices?

Minime, Aliæ sunt primariae, sine quibus totum esse nequit, qualia sunt principalia membra in corpore humano, ut caput, cor, uentriculus & uiscera. Aliæ sunt secundariae, quæ non necessario ad totius constitutionem requiruntur, totum tamen manet saluum, ut sunt pili, ungues, & priorum membrorum articuli. Itaq; ex illis probabilius ratiocinamur, quam ex his.

Potest ne totum esse genus?

Non proprie, Nam totum de una aliqua parte dici non potest, sicut genus de forma, nisi acciperetur pro eo quod rem uniuersam continet, & uulgo uniuersale uocatur, quod si quis esse asseuerarit, & particulare cõcedet, ut, Omnium artium peritus est. Ergo et Dialecticæ. Sic & in loco, ut, Si Deus ubiq; est, Ergo & apud Marchios est. Sic & in tempore, ut, Si deus existit in principio & nunc & in seculum.

culum seculi, Ergo semper est. Id tamen cauendum est, ne qua pars omittatur.

Quæ nam sunt coniugata?

Coniugata sunt quæ nascuntur in coniugatione uerborum, seu quæ sunt uerba eiusdem generis uariè inflexa, à Græcis dicuntur $\sigma\upsilon\lambda\lambda\upsilon\gamma\alpha$. Cæterum sub his Cicero in Topicis & casus præter sententiam Aristotelis complectitur, nam coniugata proprie sunt $\sigma\upsilon\sigma\tau\iota\gamma\alpha$, quæ sub unum iugum deuincta sunt, sicut sub sapientia, sapiens, sub iusticia iustus, $\pi\tau\omega\sigma\iota\sigma$ uero hoc est casus, Philosopus ad aduerbia tantum reduxit, quæ à coniugatis deriuantur, ut à sapiens sapienter, à doctus docte, at satius est utrunq; ab altero non ita curiose discerni, quemadmodum & Cicero fecit.

Quomodo hinc argumentamur?

Cæsari clementia curæ erat in restituendis suis uel aduersarijs, Ergo Cæsar clemens erat, Homo sum, Ergo humanis casibus obnoxius, Pomponius habet imperatorias uirtutes, ergo est bonus imperator. Brutus scelerate Cæsarem interfecit, Ergo sceleratus erat, Coniugatos homo non separet, Ergo in coniugatis non est humana separatio, Hiob multa patienter sustinuit etiam innocens & timens de-

um, Ergo patientiæ exemplum erit.

Diccanones.

Eidem competunt coniugatio seu casus & coniugatum. Item concessa uel negata una aliqua uoce, & ea conceditur aut negatur quæ inde nascitur.

Qui nam sunt mediij loci?

Qui neq; in substantia sunt ut priores, neq; adeo extra substantiam, ut externi, sed circa substantiam coherescunt. Numerantur autem tria, adiacens a-ctus & subiectum.

Quid est adiacens?

Est uelut epitheton, à quo subiectum accipit nomen, quod tamen diuersum est ab illius substantia, tã à corpore, quàm ab animo. Nimirum Cato secundum suam substantiam est homo, sed secundum adiacens est prudens, austerus. Obseruatur potissimum adiacens in bonis corporis & animi, & uersatur ferè in quantitate, & qualitate, & relatione.

Quotuplex est adiacens?

Duplex, Aut natiuum, aut accessorium. Natiuum quod à natura subiecto inest, ut calliditas in igne, humiditas in aqua. Accessorium autem est quod extrinsecus quadam opera accedit, ut quando aqua calefcit. Hoc autem rursus duplex est, aut separabile, ut

bile, ut rubor ex pudore, pallor ex timore, rigor ex frigiditate, aut inseparabile, ut nigredo in ueste, uirtus in animo Biantis.

Argumentare ex adiacentibus
& subiecto.

Timon semper odio habuit homines, ergo parū laudatus est. Mulier est non loquax aut garrula, Ergo magnum ornamentum habet. Sophocles enim ait γυνὴ κόσμος ἢ σὺν φέρεται. Vinum acerbum est, igitur non est tan gratum. Stylus est dicendi magister, Ergo est diligenter exercendus.

Dic canonem.

Si unum adiacentium quolibet in subiecto extiterit, alterum quoque quod illius consequitur extare uidetur.

Argumentare ab adiacentibus ad subiecta.

Gemma est impudicitie impatiens, & uiridis, Ergo Smaragdus. Non uiridis, ergo non Smaragdus. Hercules miser est, ergo non est Deus. Pygmei sunt Spithamei, Ergo pygmei sunt.

Dic canonem.

Concessis adiacentibus infertur subiectum.

Quid

Quid est actus?

Est modus seu effectio, quæ est in exercitio seu actione circa subiectum. Nam ut adiacentia subiecto adiacent, & tamen insunt, ita actus circa obiectum tractationem uersantur, in illis quidem agilitas, in his uero operatio. Caterum ut adiacentia natiua & accessoria in bonis tam animi quàm corporis sunt, ita & actus, nam hi ex adiacentibus, tanquàm ex fonte nascuntur.

Argumentare ex actibus & subiecto.

Alexander Magnus uitæ suæ timuit, Ergo Phylotæ tanquam parricide ignoscere non potuit. Qui non audit uerbum Dei ex Deo non est. Canis uehementius latrat, quàm mordet, Ergo timidus est.

Dic canonem.

Si unus actuum in subiecto fuerit, & alter qui ex priore consequitur in erit.

Argumentare ab actibus ad subiectum.

Alexander Magnus ægri corporis uitia se sentire confessus est, Ergo non Deus, sed homo erat. Aeneas cū Turno bellū gessit, Ergo Aeneas est. Pygmæi cū gruibus

gruibus pugnant, ergo pygmei sunt. Magnes ferrum
attract, Ergo Idiosyn crassam habet.

Da canonem.

Quando actus tribuuntur, subiecta & adiacentia,
ex quibus illi nati sunt, inferuntur.

Quomodo argumentamur à subie-
cto ad adiacentia uel actus?

Id facilius & rectius fit, quàm è contra. Nam ad-
iacentia & actus fusius patent, quàm ut de subiecto
proprie dici possint. Quare inter argumentandum,
subiectum adiacentibus uel actibus adiunctum est,
& aliud ex his sequitur, uerum de subiecto ad ad-
iacentia ea cautione opus non est. Aqua est, ergo hu-
mida. Smaragdus est, ergo uiret, ergo impudicitie
impatiens est. Verbum caro factum est, ergo passibi-
le. Homo est, ergo passibilis est. Si Deus est, mortali-
bus beneficia tribuere debet.

Canon.

Dato subiecto, natia adiacentia quoq; dantur,
sicut & actus, accessoria non item.

Quis est usus locorum me-
diorum?

Est magis ad amplificandum, quam ad iustam
argumen

argumentationem, plurimum enim facit ad copiam
 & rem ipsam dilatandam. Quare subiectum nunc
 ab adiacentibus, nunc ab actibus inter argumtan-
 dum diuelli nequit. Quid quod etiam dignitas adia-
 centium & actuum sepe ex subiecto petenda est.
 Quomodo enim foelicitatem optimã esse Cicero pro-
 baret, nisi in optima corporis parte quippe mentecõ-
 sisteret? Colligitur quoq; ex illis uel laus, uel uitupe-
 rium, uel õvõicæ subiecti, nam ut ex laudatis adia-
 centibus de meliora etiam nota subiectum commen-
 datur, Ita ex reprehensis illud uel ad inferos depor-
 tatur. In genere igitur demonstratiuo scripturienti-
 bus plurimum profunt, sicut & medicis & phisiolo-
 gis, quando in rebus uirtutes suas querunt. Fateor
 tamen non pauca exempla ad causas & euenta pos-
 se torqueri, sed quid prohibet plures esse locos, ut si
 unus inueniendo argumento non sit par, præstaret
 id alter, quo tandem aliquando inuentionis quis par-
 ticeps fiat? Sunt enim plures uia ad certũ locum, sed
 alie rectiores, alie æquiores, alie expeditiores.

DE LOCIS EXTERNIS.

Qui sunt loci externi?

Sunt, qui neq; in substantia rei, neq; circa substã-
 tiam, sed extra substantiam consistunt.

Explas

Explana naturam causarum & primo quid sit causa ἀίτιον.

Est id propter quod aliud est, uel esse potest, hoc est res est, quæ antecedit, quam effectus sequitur suo tempore & modo, ueluti quando alicui uerborum & rerum bonarum est copia, is potest orationem et satis copiosam conscribere. Has autem causas rerum & effectus scire plurimum retulerit, adeo ut uerum sit hoc poetæ: Fœlix, qui potuit rerum cognoscere causas.

Quot sunt causæ ἀίτια?

Quatuor, Materia, Forma, efficiens, finis. Materia est, ex qua effectus componitur, ut ex uerbis et rebus fit oratio, ex panno fit uestis.

Argumentare à materia ad effectum.

Primum affirmatiue & ἀνωτιστῶς, ut Vites sunt, Ergo uinum esse potest. Oliua sunt, ergo oleum esset. Deinde negatiue, ut Aera nō sunt, ergo neque arma sunt. Sic licet apud ueteres heroas, quorum arma aenea erant, argumentari.

Dic canonem.

Concessa materia, potest concedi effectus. Negata materia negatur & effectus.

Quid

Quid est forma?

Est causa, qua effectus suum accipit nomen, ut corium quod ad pedes seu mustaculam consutum est, uocatur calceus. Coniunctio maris & foeminae est, Ergo matrimonium, Poculum meū cœlatum est, Ergo tuo præstantius est.

Dic canonem.

Ex forma est potentia effectuum.

Quid est efficiens $\pi\alpha\iota\tau\iota\kappa\acute{o}\nu$?

Est à qua effectus absolvitur, ut orator orationis, calcearius calcei autor est, tanquam fabricator primarius.

Quotuplex est causa efficiens?

Duplex, Alia necessaria seu constans, alia contingens est. Necessaria autem est, quam necessario consequitur effectus, nec is ab eo auelli potest.

Est ne hæc simplex?

Minime, Nam alia est prima seu infinita, quæ à nullo pendet, ut Deus qui creator est omnium rerū in quem Christiani suos euentus et effectus referant, sicut Ethnici in sua dæmonia, ab Aristotele $\delta\epsilon\upsilon\acute{\alpha}\gamma\acute{\alpha}\nu$ dicitur. Verum ab huius autoritate sæpe res
ipse

ipse laudatissima sunt, quibus nemo refragari potest, quod genus est, Matrimonium Deus constituit et Christus miraculo confirmavit, Ergo summo opere laudandum est.

Dic canonem.

Quò dignior est causa, eò dignior est effectus.

Quæ est altera causa necessaria?

Secunda seu finita, quæ proxima a prima dependet. Solet enim deus per secundas causas tanquam per organa agere.

Quot sunt species finite causæ?

Sex, Prima est fatalis, ἐμπαρμένειν à fato dicta quòd aut à uoluntate Dei pendet, atq; sic est iussus dei, autore Platone, aut ab influxu corporum celestium, quam ἀπὸ ὁρῶν ueteres dixerunt, & est fatum astrologicum, ut, Deus sanxit ne quis uiolet alienum thorum, Ergo quisq; suam ducat uxorem. Paulus uocatus est à Christo in Euangelium, Ergo est apostolus Christi. Deliquim solis anno à nato Christo 1539. pestem grauissimam minatur, Ergo timendum est, & Deus placandus est nostra poenitentia, ieiunio & oratione.

Dic canones.

H

Secun

Secunda causa non agit sine prima. Sed hæc causa fatalis quatenus est dei præceptum est $\alpha\epsilon\iota\upsilon\upsilon\alpha$ $\tau\omicron\sigma$, ideo est $\alpha\delta' \rho\alpha\sigma\epsilon\iota\alpha$. Quæ uero ex serie astrorum nascitur mutabilis. Ideo dicta Astrologorum non sunt dicta prætorum.

Enarra & secundam speciem causæ efficientis finitæ.

Est naturalis, $\pi\epsilon\pi\epsilon\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\eta$, quæ in rebus naturalibus, & earum cursu naturali & certo terminantur, ut Sol subleuat uapores humidos, Ergo fit $\mu\epsilon\tau\epsilon\omega\gamma\omicron\upsilon$ humidum. Ignis est, ergo non potest non urere. Sol est in inferiori hemisphærio, ergo nox est. Umbra terræ est, ergo nox est. Sol est in Cancro, ergo æstas est.

Dic canonem.

Quando causa est naturalis, & effectum est naturale.

Quæ est tertia species eiusdem causæ?

Interna, quæ in effectu pars est substantiæ, ut Absinthium calidum est, Ergo spirituosos flatus dissoluit. Corpus uiuit, ergo agit naturaliter quod suum est.

Dic

Dic canonem.

Causa interna corrupta, corrumpitur & effectum. Mortuo enim corpore moriuntur & actiones naturales, oculo perduto uisus quoq; perit.

Explana & quartam.

*Propinqua est seu imperans seu αἰτίον νύγιον
Hæc habet principem, in aliqua re efficiendi locum,
ut Consensus est inter adolescentem & puellam, Ergo
matrimonium est. Talis quoq; est quæ dicitur uniuersalis
seu communis, cui subijcitur particularis, & ut illinc theses,
ita hinc hypotheses nascuntur apud Rhetores.*

Quæ est illi opposita?

*Remota seu obsequens, seu famulans, quæ etsi naturam
efficiendi non habeat, est tamen sine qua res effici nequit,
ut sine pecunianõ fit emptio. Hæc aut rursus est aut agens,
ut Legitimus concubitus est, ergo matrimonium est.
Operæ seu fabri laborant ergo domus extruitur.
Aut est instrumentum agendi, qualia sunt in architectura,
mallei, teresbra, serra. Sed in his omnibus dignitas & ordo
seruatur. Prior enim in matrimonio est consensus
quam concubitus.*

Ex imperantibus efficientibus digniora sunt ar-
gumenta, quàm in obsequentibus.

Quæ est quinta species eius
causæ?

Est operans, apud Aristotelem causa in actum, ut
Musicus canit, ergo cantilena est.

Canon.

Operanti non deest effectus.

Quæ est sexta?

Est connexa seu subordinata, quando serie quæ-
dam plures causæ κατὰ ἀνάγκην ad eundem effe-
ctum requiruntur, ut ad generationem hominis De-
us, sol, homo operatur, ut uinea producet uitem, ui-
tis gemmam, gemma botrum, botrus uuam, uua ui-
num, uinum sitim extinguit, & inebriat. Ex qua na-
scitur Sorites seu coaceruatio, de qua postea. Huic
assimilis est complexa, quæ suam cuiq; functionem
tribuit, ut Credit in Deum, Ergo per dilectionem
operatur. Misericors est, Ergo in illo est æquitas,
benignitas, clementia, beneficentia. Carnalis est,
ergo amat, ergo auarus est, & sequitur elemen-
ta mundi.

Quid

Quid est contingens causa seu
inconstans?

Est, quam non necessario effectus sequitur.

Quot sunt huius species?

Quinq; Prima est fortuita, quæ est in rebus fortuitis, inexpectatis & improvisis, de quibus certa ratio dari nequit, ueluti si qui Gazam Euclionis inueniret, fortunæ id acceptum ferret.

Quæ est secunda?

Voluntaria est seu arbitraria, quæ fit delectu & iudicio hominis, ut, Cicero assidue declamauit, Ergo factus est insignis orator.

Quæ est tertia?

Est ociosa, uel cessans, uel quieta, quæ apud Aristotelem causa in potentia uocatur, potest enim & non potest reddere suo tempore effectum, ut, Pyrus bene germinat, Ergo decerpemus pyra in tempore, quod proprie ὀτρώγει dicitur.

Affer & quartam.

Quæ est externa & uersatur extra effectum, qui etiam illa corrupta durat, ut filij possunt esse superstites mortuo parente.

Dicito & quintam speciem effici-
cientis causæ con-
tingentis.

Est incomplexa, quando ab ea effecta tanquam peregrina & non propria separantur, ut Statuarius est, ergo statuas conficiet non nisi insignes. Plusimum illi exercitationis est, Ergo haud uulgaris orator est.

Dic canonem.

Ex incertitudine causæ incertus quoque est effectus.

Quid est causa finalis ?

Est propter quam res fit seu usus rei, propter quam aliquid facimus. Et est duplex finis, alius summus seu principalis, qui est status cuiuslibet rei perfectissimus, ut in homine est uita aeterna. Duxit uxorem, ergo dei auxilio sobolem progignet. Alius est conferens seu medius, qui ad priorem tanquam pedisequus accedit, ut in homine cibus, potus, uestis. Qui nunc est proprius, ut uinum extiguit sitim, aut corpus confirmat. Vxorem duxit, ergo fornicationem uitabit. Dat unicuique quod suum est, ergo iusticie amator est. Aut improprius, cum rei abusus est, ut uinum inebriat, aqua consecrata fugat demonia, abolet peccata.

Dic

Diccanones

Efficaciora sunt argumenta à summo tanquam à summo bono & à proprio, quam à conferente & ab improprio. Cuius finis & usus malus est, res quoq; mala est.

Quæ sunt euenta seu effectus αἰτίας
καὶ προαιτίας apud Aristote-
lem dicta :

Sunt quæ ex causis fiunt. Est enim effectus res, quæ causam antecedentem suo tempore & modo sequitur, & uariat iuxta causas. Nam sæpe non est necessarius, sed contingens.

Da exemplum ab effectu materiæ.

Signum est fusile, Ergo non est ligneum, sed metallicum.

Da ab effectu formæ.

Vas uolubile est, Ergo rotundum est. Est enim duplex forma, una substantialis, quæ rem ut producit ita conseruat, qua corrupta, corrumpi effectum necesse est. Quod in accidentali forma non semper usu uenire solet. Eademq; alia atq; alia uni rei esse potest, ueluti quedam pictura. Substantialis autem in singulis rebus unica est.

H 4 Da ab

Da ab effectu efficientis.

Dies est, Ergo sol est supraterram. Bruma est
Ergo sol est in Capricorno.

Da exemplum ab effectis seu desti-
natis causæ finalis.

Conuertit animas ad Deum, puros reddit homi-
nes, letificat corda nostra, sapientiam præstat par-
uulis, præceptum domini lucidum est, quod illumi-
nat oculos, Ergo est Euangelium.

Ex antithesi.

Auertit animas de Deo, coinquinat conscien-
tias hominum, perterret corda nostra, præceptum
domini est, quod oculos obuelat, Ergo lex Moysis est.
Ex Psal. Dauid. sumpta sunt.

Cur appellasti & effecta
destinata?

Nam ea suum finem habent, & suæ actioni desti-
nantur, quare Græcis est $\chi\epsilon\tilde{\nu}\sigma\iota\sigma$. Siquidem sunt
effecta quæ si quid boni continent, $\gamma\epsilon\nu\epsilon\sigma\iota\varsigma$, si quid
mali $\phi\delta\omicron\gamma\alpha\iota$ nominantur. Quoniam causæ, quæ
conficiunt & promouent $\pi\omicron\iota\iota\sigma\iota\kappa\alpha\iota$ & $\gamma\epsilon\nu\tau\iota\varsigma$
 $\kappa\alpha\iota$, quæ uero destruunt & labefactant $\phi\delta\alpha\gamma\eta\tau\iota$
 $\kappa\alpha\iota$ appellantur. Ex quibus sane dignitas & usus
causæ

causarum conficientium & effectorum non est obscura.

Dic canonem

Posito effecto, necessario ponitur & causa.

Quæ sunt contingentia?

Sunt, quæ uelut uestigia quædam ad rem perducunt, circa quam contingunt, sicut apud Rhetores signa. Constat hic præcipue signis & propter hæc circumstantijs. Cicero mea sententia hæc uocat coniuncta.

Quotuplicia sunt contingentia?

Primo duplicia sunt propter consequentiam. Nam aut necessario res inducunt, ut aliter se habere nequeant, in quibus ne lis quidem est, cum sit signum indissolubile, autore Quintiliano. Aristoteli sunt & περικρίτα, quæ in alteram partem inclinare magis solent, & se penumero eueniunt, & sunt ἐπιτολογουμένα, hoc est ex quibus uel aduersarij consensu ipsa conclusio conficitur. Quod genus est, Peperit, Ergo cum uiro concubuit. Pulmonibus priuatus phthisicus, Ergo uiuere nequit. Eurimachus corde uulnus accepit, Ergo morietur. Hæc autem proprie apud Græcos τεκμηρία, apud Quintilianum ndicia dicuntur. Contra alia sunt

tantum consequentia, seu uerisimilia, quæ non necessario confirmant. Quare ab Aristotele nunc τὰ μὲν ἀσὶ ἐπὶ μέγεθος, nunc τὰ ὡς ὑπὸ τὸ πᾶσι, nunc τὰ ὁπότερ' ἐτύχευ, nunc ἀσπίστα τὰ ἐνδέχόμενα uocantur, quod scilicet non semper connectantur & sequantur, sed ut plurimum & utrumcunq; contigerit, æque firmum est & infirmum, æquabiliter enim ualeat in utramq; partem. Quare priora quidem possunt esse ἐνδοξα, posteriora autem tantum πειρατικά. Illa quidem apud Ciceronem uere sunt antecedentia & consequentia, hæc uero adiuncta. Et rursus illa argumenta necessaria, hæc communia & leuia, communia enim sunt & differenti & altercanti leuia, cum nihil ponderis habeant. At hi loci magis sunt hypothetici, quam puri, ut Pauper sum, pteuose uiuit, Ergo furari illum uerisimile est. Habet latum pectus aut λέσσωρον κῆρ, Ergo fortis est. Solus cum sola fuit, ergo concubuit. Hæc autem aliquanto certius probant, si affectus, consuetudo, lucrum seu commodum & reliqua accesserint, quem admodum minor propositio Ciceronis pro Milone confirmata est. Huc referuntur tempus, ut sub prima face, Locus, ut in angiportu, in sylua, Occasio, græce κείρος, consilia dictorum & factorum, instrumenta, ut gladius, spatha. Quæ hæc sunt exempla, Iturnæ fuit, igitur non

Romæ

Romæ. Sub uesperâ cinctus gladio uagabatur, ergo illi insidiatus est.

Quotuplicia sunt contingen-
tia ratione tem-
poris?

Triplicia sicut signa, Aut antecedentia uel præcurrentia uel primordia, quæ rem ipsam antecesserunt, qualia sunt apparatus, colloquium, conuiuium & id genus alia, ueluti puella cum iuene in nemore obambulat, σκῆπτρον est esse scortum. Aut sunt adiuncta, quæ cum re sunt, ut pedum strepitus, murmur, umbra hominum. Aut consequentia quæ post rem factam fiunt, ut fuga, rumor, animi consternatio, titubatio, cruentus gladius. Tale est illud Terentij: Erubuit, salua res est.

Da canonem.

Cui non inest aliquid, ei nec istud quod ex illo consequitur.

Quid est testimonium?

Sunt pronüciata, quibus tanq̄ testibus in re proposita contendimus. Proficiuntur enim ab autoritate,
quæ hic

que hic est autorum sententia, que de re nonnihil uel ait, uel negat. Sed hinc argumentatio facta apud Aristotelem πῶς ἂν ἔχῃσιν quoq; dicitur.

Quotuplicia sunt testimonia?

Duplicia, aut diuina que ex uerbo dei proponuntur, et hi sunt μόνιμοι, λόγοι κὶ ἀμετέπειστοι, hoc est argumenta, que consistunt & certius probant, que neq; facile disspescuntur neq; confutantur. Eius ordinis est χρησμός, oraculum, quod ab ore Dei exceptum, uel ex mandato Dei prolatum quale est prophetariū, quod passim uisio dicitur, et ab aquila rectius ὄραμα, quam à 70. ὄρασις trans fertur. Illic enim res & opus significatur, hic autem actio. Quare factum est ut prophetae uidentes uocati sint, quòd oculis mentis abstrusa cernant. Sunt & Ethnicis sua oracula, ut Sybillarum, Appollinis, que ex tripode dicta esse uolunt.

Da exemplum.

Christus ait: Qui in me credit, nō morietur, Ergo in fide est uita eterna. Hæc tamen testimonia debent esse Bibliaca, aut certe uetustissimorum scriptorum orthodoxorum. Huius farine sunt & oracula, auspicia, uaticinationes, responsa aruspicum, coniectorum & sacerdotum apud ethnicos.

Que

Quæ sunt altera testimonia?

Humana, quæ ex prophanis literis sumuntur, quorum tamen fides sæpe repudiatur, hæc autem sunt aut γνῶμη, quæ est sententia moralis, cuiusmodi Phocyllidis, Theognidis, & in sacris literis Salomonis, eiusdem generis sunt sententiæ non paucæ, ut Plinius scribit ex ebrietate genas pallidas, oculorū hucera, tremulas manus, furiales somnos, inquietem nocturnam, libidinem portentosam, habitum fœditum, fere omnium obliuionem rerum, mortemq; memoriæ suboriri, Ergo propter ista & alia inconstantia ebrietas fugienda est. Aut est παρορμια, ut dictum est à Pythagora: Contra solem ne meito, Ergo pudori cōsulendum, tegenda sunt quæ natura abstrusit. Aut Chria, ut, Aristides interrogatus, quidnam discriminis inter doctum & indoctum, respondit, quod est inter uiuum & mortuum, Ergo nobis studendum est, ne mortuorum similes uideamur. Aut Enthymema, quæ est sententia ex contrarijs, ut Si placere bonis magna laus est, Igitur à malis hominibus probari ignominia est.

Sunt ne plures formæ testimoniorum?

Sunt quidem ut axiomata, προληψεισ, quæ sunt ἀναγκαστικὰ principia, uel in Physicis, uel
Mathema

Mathematicis, & à Græcis dicuntur, ἀναπείρα
 δεικνῆ, quod est demonstratis non promanant, ne
 que his opus est. Sunt ἀνοι seu ἐπιμύδια, sunt
 ἀποφθέγματα, sunt consuetudines sunt opini-
 ones, atque ex his nonnullæ sunt, καὶ γὰρ cum sint
 certæ, ratæ & firmæ, sunt νόματα & ἐπι-
 φωνήματα, de quibus multa in Rhetoricis do-
 centur.

Licet ne negative ab autoritate
 argumentari?

Quid nix nempe in Theologicis literis, quibus
 quadrat illud Pythagoricum: ἀντὸς ἔφα. Exempli
 gratia, Nō leguntur fuisse sacerdotes concubinarij
 Ergo nulli esse debent, præterquàm quod contrari-
 um mihi scriptum sit. Ceterum in prophanis hoc
 modo non licet. Nam non statim Gallicus morbus
 non est, etiamsi Galenus de eo nihil scripserit.

At prius sæpe & in iure locum habere arbitror.
 Nam Diuum imperatorem, quanquàm precibus fili-
 orum etiam flentium obtundebatur, puduit tamen ci-
 tra legem agere. Cuius exemplo hodie iurisperiti
 communem collegerunt sententiam, quæ est: Erubes-
 cimus sine lege loqui, adeo ut nihil asserant, neq; in
 alterutram partem, uel ut ipsi dicunt, neq; in dex-
 tram, neq; in sinistram declinent à lege, qua sua ful-
 cirent, atq; ideo si species facti daretur, in qua dees-
 set lex

Set lex scripta, Imperator iubet ad similes casus referendam esse. Nam multitudo legum magis Rempub. discutit & perturbat, quam perpolit. Quare Socrates, ut Plato scribit, uetuisse dicitur, ne iudices & medici in ciuitate multiplicarentur, quod aupertius Strabo in sexto explicat, cum ait, eos quibus plurimæ leges sunt, uiuendi ritu deprauatos esse, sicut quibus plures adsunt medici, eis permultos adesse morbos. Quare & iurisconsultis, & præcipue Theologis apprimè necessarius est, medicis non item ut qui non magis authoritate, quam experientia & ratione suo confirmant.

Dic canonem.

Quod omnibus uel pluribus uel sapientibus probatur, ei non facile licet refragari.

Quæ sunt similia ὁμοία?

Sunt quæ conferuntur, siue sint muta, siue sint inanimata, siue incorporea, cum nostra causa aut instituto. Conducunt autem non solum ad probationem, ut Socrates apud Platonem his usus, sed etiam ad amplificationem.

Exemplum.

Quemadmodum fertur amici sensum deprehēdi non posse

non posse, nisi cum eo aliquot modios salis ederis, Ita diu multumq; certus autor in manibus est iterum atq; iterum euoluendus, dum fiat familiariter notus. Vt Agricolaë teneris arbusculis opponit, quò recte crescant, Ita qui instituit addit monita & præcepta ingenijs salubria, ne deriuarent in uitia.

Quot sunt species similitudinis?

Iuxta Ruffinianum duæ sunt, *παράδειγμα* et *παραβολή*. *Paradigma* est exemplum, quo quippiam corroboramus, ut, Herodes metuebat Iohannem sciens esse uirum iustum, Ergo impij etiamsi sint bonorum persecutores, eosdem tamen timent. Cæterum quando multa similia exempla eiusdem rei colliguntur, proprie *παράδειγμα* dicitur, qualis hæc est, Abraham angelos hospitio accepit, Loth eosdem accepit, sed homines esse putabat, Laban seruum Abrahami ultro inuitabat, quem cum Camelis munifice tractauit, Vidua Saraptana Heliam, Simon Coriariis Petrũ, Ergo omnes pietatis studiosi sunt hospitalis, ualeant apud Poetas, Lyaon, Scyron & alij impij. Hic facile quis conijciat quomodo ex hypothesi facta sit thesis, *parabolæ* autem nomine pleriq; fictã similitudinem intelligunt, sed in sacris scripturis sæpe est *ἀνάλογια*.

Da 2a

Da canonem

Similium idem est iudicium.

Quæ sunt dissimilia ἀνὸμοια?

Quæ cum nostra re non sunt accomodata, sed tamen uelut ἀντίθεσις illam planiorem faciunt. Hi strix non iaculatur spinas suas, nisi cum prouocatur aut urgetur, At scurra in quemuis sua dicta conijcit.

Da canonem

Dissimilium diuersum est iudicium.

Quæ sunt comparata συνηγιστά?

Cum duo uni tertio conferuntur hæc autem non ita probant, ut illustrent orationem. Et ut similia ad qualitatem, ita comparata ad quantitatem accommodantur.

Quotuplicia sunt comparata?

Duplicia, aut sunt paria ἴσα, id est æqualia aut inæqualia. Æqualia uero sunt, ut si abstinentia uirtus est, Ergo & continentia. Si furtum capitale est, Ergo & mendacium. Si athenis erat capitale quod migranti iter non ostendebatur, Ergo inhospitalem esse erit capitale.

I Canon

Canon.

Res pares sunt, & iudicia sunt paria.

Quæ sunt inæqualia?

Ἄνισα, Hæc sunt uel maiora τὰ μᾶλλον sed negatiue tantum, ut Si rex Galliarum Caroli Imperatori par non erat, ut duellum suslineret, quanto minus pontifex Romanus.

Canon

Si id quod magis uidetur inesse non inest, nec quod minus uidebatur inesse, inest Vel inæqualia sunt minora τὰ ἥσσον, ut Si solus Mathias Coruius rex Vngariæ Turcam debellare potuit, multo magis Germanus exercitus. Cicero pro Archia: Etenim cum mediocribus multis & aut nulla aut humili aliqua arte præditus gratuito ciuitatem in Græcia homines impertiebantur. Rheginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos, quod scenicis artificibus lagiri solebant, id huic summa ingenij prædito gloria noluisse. Ceterum qui exigit quatuor imparium genera, & tria parium ex Aristotele petat consulo.

Canon

Si id quod minus inest, & id quod maius.

Quæ

Quæ sunt repugnantia?

Quæ certa rerum habitudine alterum ab alijs segregant atq; separant, & sunt duplicia. Nam si unum uni repugnarit, opposita, si plura uni, disparata sunt. Differunt autem repugnantia à dissentaneis, hæc enim sunt infirmiora & leuiora illis, ut Peculator est, nõ igitur bonus, ex repugnãtib; est. Phariſeus manu neminem interfecit, Ergo iniustus non est, ex dissentaneis est. Eodem modo consentanea à consequentibus separantur. Hæc enim semper, illa uero plerunq; eueniunt.

Quotuplicia sunt opposita

αὐτὴν ἐναντία ἐστὶν

Quadruplicia, alia sunt contraria ἐναντία, quæ simul in eodem consistere nequeunt, utrunq; tamen potest simul existere, apud Ciceronem dicuntur aduersa, quæ sub eodem genere collocata plurimum differunt. Ex his alia sunt immediata, ut Fides iustificat, Ergo condemnat incredulitas. Sequere sapientiam, Ergo stultitiam fuge. Bona est sanitas, Ergo ægrotatio mala est. Medici tamen agnoscunt neutrum corpus.

Canon

Immediatorum contrariorum uno remoto,

alterum ponitur necessario, quod non fit in contrarijs mediatis. Siquidem non statim niger etiam si albus non fuerit.

Quæ altera opposita :

Sunt relatiua seu relata, Ἰὰ πρὸς ἴ. Augustus filius est, igitur non est pater eiusdem respectu, Actor est, igitur reus non est, Maritus est, igitur non est uxor.

Canon

Posito uno relatiuo ponitur & alterum, sunt enim simul natura. Contra uno relatiuorum sublato & alterum tollitur.

Quæ sunt tertia opposita :

Priuatua seu priuantia, Græci σηψίνω, aut πρὸς ἕφεω & σηψίνω. Habitum enim uocant quando aliquid rei adest, ut uidendi in oculis, priuationem uero eiusdem defectum, Cæcus est igitur non uidet, tenebræ sunt, Ergo lumen abest. Non loquitur, Igitur mutus est.

Canon.

Priuatia ante requirit habitum, in priuatiuis opposita sibi non conueniunt.

Quæ

Quæ est quarta oppositio
num formarum

Contradictoria, apud Ciceronem aientia sunt
& negantia, apud Aristotelem, ὡς καὶ ἁπάσι
ὁ ἀπὸ φασί, Sathan est mendax & homicida.
Ergo idem non est non mendax & homicida. Chri-
stus omnes redemit, Ergo falsum est Christum non
redemisse omnes.

Canon

Contradictorium seu ἀπὸ φασί uno po-
sito, tollitur alterum.

Quod est alterum repugnan-
ti um genus

Est eorum que dicuntur disparata, nunc distan-
tia, nunc differentia, & sunt substantijs inter se sepa-
rata, uel numero ut: singuli homines dum numeran-
tur, ut Petrus à Petro, Iohanne &c. uel specie,
ut homo est ergo non est taurus, uel genere, ut Ani-
mal est, ergo nō arbor, uel predicamentis, ut Homo
est, igitur non albedo.

Canon

De rebus plurimum differentibus idem intelli-
gi non potest.

Adsit exemplum, etsi crassius attamen apertius, quomodo simplex thema iuxta locos explicatur.

Sit Magistratus.

Quid est magistratus?

καὶ ἐτιμολογίαν à magistrando dicitur, quod est moderari, gubernare. Est enim σήμερον τῶν qui exercet magistratum publicum, καὶ ἀναλογίαν vero est ἡ anima reipub. secundum Platonem, est tanquam custos ouium. Dicuntur enim magistri ouium opiliones, magistri pecunie sicut aliarum rerum, est quoque ποιμὴν λαῶν apud Homerum.

ἀνίστασις est minister Dei in bonum ad uindictam nocentum, & ad laudem recte agentium.

Quæ sunt species?

Aut est tyrannus, aut rex, Ille quidem pro sui iudicij arbitrio imperat, qui suum quærit commodum non publicum, cui quicquid libet licet. Rex autem certis legibus rempub. administrat. Hic est aut sacer, qui seruit institutioni Christianæ, aut propheta, qui à nostra religione alienus est. Hic Rhomæ, in Græcia, in Asiria, in Germania, et alijs in locis
multi

multiplex est, ut passim ex scriptis bonorum authorum colligere liceat. Nam in singulis serè municipijs sunt sui magistratuum ordines.

Quæ sunt coniugata ?

Magistrare est, & apud Festum magisterium, hinc fit argumentum, ut, Respub. sine magisterio eorum qui potestatem & auctoritatem habent, consistere nequit. Ergo magistratus summo necessarius est

Quæ sunt adiacentia necessaria?

Prudentia, sedulitas, peritia artium, belli & pacis, debet enim magistratus ut legibus armatus esse, ita legibus decoratus.

Quæ accessoria ?

Liberalitas, sicut in cyniscis Theocriti Ptolomeus laudatur, Frugalitas, à qua Diotarus per Ciceronem laudatur, sicut ab alijs Alexander propter constantiam in subeundis periculis, in rebus moliendis efficiendisq; uelocitatem, in deditis fidem, in captiuis clementiam, in uoluptatibus quoq; permixtus & usitatis temperantiam.

Quæ sunt actus necessarij, si sacer est?

Religionē tueri. Quare D. Ambrosius Theodosiū Valēntianū imperatorē, Augusti. Honorii Cæsare

adhortantur, ut sint patroni Ecclesiæ. Debent enim à Deo acceptum gladium ad Dei quoq; gloriam promovendam convertere. Religiosi reges uicarij Dei sunt, Ergo & diuocantur, ut quibus est rarior potestas. Item eius est ius dicere, fontes punire, oppressos uindicare, sicut Cyrus ueteranis militibus dicere solitus erat, et somnium specie Nestoris ad Agamemnonem ait, ἐὺδεις ἄγεις ἢ δαίφρονος ἰπποδάμοιο, ὄνχευ παννύχιου ἐὺδεις βουλευφόρου ἀνδρα, ὡ λαοίτ' ἐπιτετραφέσσαι, Ἐί τόσσα μέμλε. Caterum in Tyranno hæc non sunt. Quare facile hunc ab rege κατὰ τὸν ἴδεσιν discernere licet.

Quod est subiectum?

Moses, Carolus, Marchio,

Quæ est causa efficiens dominans?

Est Deus seu diuina ordinatio. Apud Homerum διογενὴς dicitur Vlysses, θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοσφρέας βασιλῆος, τιμὴ δ' ἐκ διοσφρέας, φίλα δ' ἐμνήστει Ζεύς. Quare glorie diuine semper ueteres de more studebant. Nam non erant, neq; ueri erūt ἀνσονγάτορες, neq; ἀντιζέστοι.

Quæ est efficiens famulans?

Homi

Homines turbulenti, ἀλάστοργοι, controversiæ,
pravi mores

Quis est finis?

Vt placidam & pacatam uitam degant subditi
in pietate & honestate.

Quæ sunt effecta?

Pax, cōcordia, omnibus rebus adauctā respub.
At in tyrannide omnia sunt contraria.

Quæ testimonia?

Ad Roma. 13. Omnis anima potestatibus sit
subdita, Matthei. 22. Reddite Cæsari, quæ Cæsaris
sunt, 1. Petri. 2. Subditi estote omni humanæ crea-
turæ. 1. Thimo. 2. Adhortor igitur ut ante omnia
pro magistratu fiant deprecationes. 1. Reg. 8. Hoc
erit ius regis &c. Sunt alia multa etiam apud Eth-
nicos authores.

Que sunt contingentia?

Scriptum iusticiæ, sicut gladius iræ seu uindictæ
Symbolum est, tributa, uectigalia, satellites, milites,
obediencia subditorum, timor, honor, triumphus,
ludi, spectacula & alia.

Quæ sunt similia?

Quod pastor est ouibus, hoc magistratus est suis popularibus, Quod nauclerus nauis, Quod paterfamilias domui, Quod caput atq; spiritus corpori, id est subditis Magistratus. Vt niuosa hyems cedit fertilitati æstatis, Vt nox claritati diei, Vt flatus uentoria procelle maris, Vt somnus præpotenti uigiliæ locū dat, sicut Ajax Sophoclis ait, Ita potentissima quæq; magistratui cedunt.

Quæ sunt exempla ?

De pijs: Abrahamo, Iosepho, Iuda, Mose, Iosue, Gedeone, Samuele, Dauide, Ezechia, Iosie & cæteris. De impijs: ut de Nabuchodonosore, de Pharaone.

Quæ sunt comparata ?

Priuari domini à suis seruis colendi sunt cū omni subiectione, ut sacra scriptura docet, quanto magis publicus magistratus, præsertim cum hic nō sine singulari diuinæ ordinationis dispensatione præsit.

Quæ sunt repugnantia ?

Præua administratio, tñs è uo uicis neglectus, Seditiosorum conciliabula, & alia.

Est ne semper per tot locos
currendam ?

Non. etc.

Non, attamen pleriq; excutiendi sunt, qui etsi
 nō omnes optatum effecerint, satis tamen sit primus,
 secundus & tertius, sicut in horto non omnes herbe
 crescunt, ita non ex locis quibuslibet argumenta ad
 thematis confirmationem possint erui. Iudices enim
 loci tantum sunt, quibus monemur quid de quaq; re
 dici potest, currendum tamen est per locos præcipu-
 os, ut definitionē, diuisionem, causas & effectus, et
 an si thema admodum ieiunum fuerit.

Quid prodest sic thema tractare?

Vt recte loci communes *διδασκαλικῶς* tracta-
 rentur, qui subinde orationibus inseruntur addita elo-
 cutione. Sic enim bis tanto foelicius & acutius cog-
 noscentur, quàm si Grammaticè docerentur, & si
 quis præceptorū in alijs locis perrexerit, di-
 ci non potest, quantum fructum in sta-
 dijs suis facturi essent ado-
 lescentuli.

Χημια

ἤμω τῶν κριτικῶν

Elementa eius
sunt propositiones
secundæ.

Elementa eius sunt propositiones secundæ.	Substantiam Que	Categorica
		Hypothetica triplex.
	Qualitatem Qualis.	Affirmatiua.
		Negatiua
	Quantitatem Quanta	Vniuersalis.
		Particularis
		Infinita
		Singularis.
Materiam	Necessaria	
	Contingens	
	Remota.	
Veritatē	Vera	
	Falsa	
Oppositio- nem.	Contraria	
	Subcōtraria	
	Subalterna	
	Cōtradicens.	
Conuersionem Conuerse.	Simpliciter	
	Per accidens	
Aquipollentiam,	Aquipollentes	
	Arguunt	



LIBER

LIBER SE

CVNDVS DE POSTE

riori parte Dialectices, quæ est
iudicativa.

Quid est κριτικῆ?



ST QUAE inuenta
ex locis argumenta di
iudicat, nam ultro ci
troq; quam religiosissi
me, quasi norma & re
gula perpendit, &
pensiculat. Superflua
enim resecat, deficien

tia supplet, ut nullo modo uspiam sit ἀνακόλου
τον. Quare hæc in priori Aristarchum agit, &
præcipue ex argumentatione pendet. Quæ ratione
quidam adducti ipsam partem signate Διαλεκτικῆς
κρίμ appellarunt.

Quæ sunt elementa argumentatio
nis grece σοιχηῶα, ut in docen
do seruetur progressus?

Sunt propositiones, ex quibus illa conficitur, si
quidem

quidem, ut in priori uoces cum categorijs eo solo nomine docebantur, ut loci præcipui propius introspicerentur, sic nemo homo hic recte ratiocinabitur, nisi & ratiocinationis partes probe nouerit. Quem admodum non facile totas ædes quis caperet, nisi & earūdem pariter membra antea tenuerit: Neq; Medici structuram totius corporis humani tenerent, nisi prius sua anatomice singulas partes rimarentur, Ita fieri nequit, ut quis iustum ferruminaret Syllogismum, quando propositiones tanquam partes sui non ad amussim reuocauerit et dijudicauerit. Si enim principia, quibus totum conficitur, non satis sibi constant, quid toti aliquando fiet? Quare hic fideliter sint iacienda fundamenta, ne in componendis & extruendis argumentationibus corruamus.

Quæ sunt nomina propositionis:

Aristoteli duo sunt, ἀπὸ φωνῆς, & πρὸ τῶν ὀνομάτων. Prius quidem fere enunciationem Cicero, pronunciatum, Varro eloquium interpretati sunt, quod simpliciter quid esse uerum seu falsum pronuncietur, quod conclusionem non efflagitat. Posteriore uero utitur Philosophus, quoties est initium Syllogismi, atq; etiam nunc uulgus Dialecticorum præmissam nominat, quod conclusioni, quæ summam totius ratiocina-

ratiocinationis complectitur, & ideo *συμπέρασμα* appellatur, præmittatur. Porro sunt, qui adium etum & connexum eandem nominant, quæ passim antecedentis & consequentis nomine audiuntur, & in hypotheticis propositionibus locum habet, de quibus haud multo post uberius.

Quid est propositio?

Est perfecta oratio uerum aut falsum sine ambiguitate significans. Hac autem est indicatiua oratio, reliqui enim modi grammaticorum, motus amoris seu *εγκλίσις*, tantum commonstrant. At in genere deliberatiua est oratio quoque imperatiua, sed quæ nascitur & iudicatur ex indicatiua. Quare ille recte *ἔγκλιτικός* dicitur.

Quot sunt propositionis partes?

Duæ, subiectum & prædicatum. Illud quidem est, cui aliquid tribuitur, seu de quo aliquid dicitur, apud Aristotelem *ὑποκείμενον*, quod significat substantiam. Hoc uero est, quod de priori dicitur, seu asseritur *τὸ κατηγορούμενον*, & uel actionem uel affectionem substantiæ notat.

Quot orationis partes sunt hic necessariae?

Duæ.

Due, Nomen & Verbum, ex quibus propositio colligitur. Nihil tamen prohibet alias quoque inserere, ut si quando uidetur uerbum deesse, nomen aut participium cum substantiuo uerbo substituatur, ut Arcades sunt optimi cantores, Octimestris partus raro est uitalis. Deinde consignificationes non sunt hinc explodendae, quae ab alijs, συγκαταγωγόμεναι, apud Hammonium συνσημαίνόμενα uocantur, ut ex his sint notae praedicationis uel uniuersalis uel particularis. At inter nomina quaedam sunt praestantiora ὀρίσμενα finita, ut lapis, gemma, herba, quaedam uero deteriora ἀόριστα infinita, ut non lapis, non gemma. Sic & uerba sunt, scribo, & non scribo. Finita quaedam alicuius certae formae iudicantur, Infinita autem nullius. Itaque in horum posteriori subiectum nullam, ut ita dicam, subsistentiam, & praedicatum nullam neque actionem, neque affectionem signat.

Quotuplex est propositio secundum substantiam seu compositionem?

Duplex, Vna est simplex seu categorica, id est, praedicatoria, in qua de subiecto simpliciter unum aliquid dicitur, ut Labor improbus omnia uincit, Natura sub Ioue stellis primum nomina fecit. Altera

K

autem

autem est ἡ ὑποθετικὴ, hoc est suppositoria seu cōiuncta, in qua & nonnunquam alterum prædicatum subiecto adijcitur, & est ὑποθετικὴ ἡ ὑποθετικὴ μέγροϋ.

Quotuplex est hypothetica?

Triples, aut conditionalis, à Stoicis nominatur *συνημμένον ἄξιωμα*, ab alijs adiunctū, ab alijs cōnexū, pronunciatum quod conditione effertur, ut Si deus tibi œconomus fuerit, felix eris, Donec eris felix, multos numerabis amicos, Quando magistratus à Deo ordinatus est, et minister dei est. Aut copulatiua *συνεπιλεγμένον* axioma, alij cōiunctū, alij copulatū, quod copulatiua coniunctione fiat connexio, ut Grachus fuit eloquens & seditiosus. Therfites fuit deformis & male moratus.

Nesciamens hominum fati sortisq; futurae,
Et seruare modum rebus sublata secundis.

Quod sic resoluitur: Homo insolens nescit fatum nescit futuram sortem, nescit seruare modum. Aut disiunctiua *διεζευγμένον*, apud alios alternatiuum uocatur axioma, quod fit ex contrarijs immediatis per cōiunctionem disiunctiuam, ut Paulus aut hominibus placet, aut deo, Homo seruit aut Deo, aut Mammonæ. Cæterum quæ ex mediatis conficiuntur, proprie diuersa sunt, nempe inter quorum extrema

trema medium, ut Aut sedet, aut ambulat, apud ueteres eadem subdiunctiua appellabantur.

Quæ est hic quærendi nota?

Quæ, ut quæ roganti enūtiatio est, seu quod pronunciatum redditur, est uel prædicatiuum, uel conditionale.

Quotuplex est propositio secundum qualitatem?

Duplex, una est affirmatiua seu aiens, in qua pronunciatum alteri quippiam inesse, ἀποφασις, ut Euangelium est uirtus dei, Lex iram operatur Credentes gratis iustificatur. Altera est negatiua, seu negas, seu abdicatiua κατὰ φασιν, quæ negat alicui quippiam inesse, fit aut negatione, aut cui uis negandi inest: Deum nemo uidit unquam, Nulla est operum gloria, Argentum aliud est quam aurum Absolon parum pius erat patri. Aristoteles autem solis præpositionibus κατὰ ἀπό seiunxit, κατὰ quidē est negationis, ἀπό uero affirmationis. Quare una est ἀπό φασισ, altera κατὰ φασισ. Sunt quoque affirmantia pronuntiata, quæ prima fronte negatia esse uidentur, Græcis sunt ἐκ μετὰ δεσσεως κατὰ φασισ, ut Anima est non mortalis, Honora iacent non neglecta.

Quis est modus quærendi ?

Qualis, Hic redditur uel aiens uel negans propositio .

Quotuplex est propositio secundum quantitatem, cuius nota rogandi est quanta ?

Quadruplex, Vna est uniuersalis ἢ καὶ ὅλου πρόθεσις, quæ ad uniuersos spectat, seu cui nota uniuersalis præponitur, qualis est, Omnis, nullus nihil, nihil non, & alie apud Grammaticos προσηγορίαι dictæ: Omnes homines sunt peccatores, Quis Christianorum non est liber ? Quicquid non est ex fide peccatum est, Non est iustus ne unus quidem, Quantum est pecuniarum, creditor non sufficit. Altera est particularis ἢ ἐνμέγεσι, quæ ad quosdam tantum dirigitur, aut cui nota particularis est præposita, qualis hæc est, Quidam, nonnihil, nonnulli: Quidam gentes sunt ἀνθρώπων ὄφρατοι, Sunt & arbores fœlices, Nonnulli Indi solo odore uiuunt. Est aliquid prodire tenuis, si non datur ultra. Tertia est indefinita ἢ ἀπρόθεστος, quæ uim utriusq; superioris continet absq; discrimine, ei tamen nullum signum præponitur. Quæ de causa eius significatio ualde ambigua est, particulariter ne an uniuersaliter accipienda sit, & cum ex profertentis mente id pendeat

pendeat, eam ex subiecto argumento conijciemus. Bona tamen pars in eius iudicio pendet ex prædicato necessario aut contingenti: Germani sunt indigene, Qui credit non moritur, Qui uult sequi Christum tollat suam crucem super se. Hæ capiuntur καὶ ἀλλικῶς, quia in omnibus particularibus eadem est ratio & conditio, quæ cum diuersa fuerit μερικῶς dicuntur, cum sint rerum determinatarum ut Episcopus est unius uxoris maritus, Arma Christianorum non sunt carnalia, Nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequuntur. Sensus tamen communis dijudicabit etiam in legibus & præceptis. Indefinitas interdum habere uniuersalis naturam. Quare iuxta Aristotelem priora essent τὰ καὶ ὅλου ὡς καὶ ὅλου. Posteriora autem τὰ καὶ ὅλου μὴ καὶ ὅλου. Quæ quoq; caussa est, cur hæ infinitæ & aliæ finite uocentur propositiones, græce uel ἀόριστοι, uel ὀρισμέναι. Quarta est singularis, quæ ad singulas res spectat, aut in qua subiectum est indiuiduum: Salustius uirgis cæsus est ob adulterium, Spurius Carbilus repudij primus author est, Bucephalus emptus est talentis tredecim.

Quid in quantitate proposi-
tionum obseruamus?

Vt sciamus quàm fusc pateant, ad uniuersos ne

an ad singulos, an ad quosdam finite uel infinite. Atq; ex tribus prioribus, si per quosdam Rhetores liceret, δέσσειο fierent, in quibus subiectum est nomen, aut generis, aut speciei, sed ex ultima ὑποδέσσειο, quarum subiectum est nomen singulare, ut Croesus est diues.

Quotuplex est propositio secundum materiam?

Triples, Nam ex natura triplicium rerum propositio constituitur, quarum prima est necessaria, seu certa ἀναγκαστικῆ, quæ pro se non indiget probatione, sed ex hac aliæ probantur. Notæ autem sunt uel natura, uel doctrina, uel experientia, ut Magnes est lapis ferrum ad se trahens, Homo est animal sed logisticon. Altera est contingens seu credibilis ἐνδεχομένη, in qua subiectum est accidens, hæc est ambigua, igitur eget probatione, & ut in illa est sempiterna connexio, ita hic fortuita, ut Milites sunt impij, Aethiopes ocysime canescunt, Aegyptij nunquam caluescunt. Verum credibilia sunt duplicia, altera doctis & prudentibus probabilia sunt, ut Sol est maior terra, Hummidior est aer quam aqua, Christus homo & deus, & alia paradoxa. Altera plebeis & indoctis sunt credibilia, doctis non item, ut Quærenda pecunia primum est, uirtus

virtus post nummos, Voluptas est summum bonum, Sol est pedaneus, sed quæ utrisque probantur media sunt. Tertia est remota seu impossibilis & ἀδύνατος, quam uel experientia, uel doctrina reprobatur, ueluti quando una species de altera dicitur, Berillus est Iaspis, Leo est uacca, Sapiens est stultus.

Quotuplex est propositio
secundum ueritatem
& falsitatem:

Duplex, Vna uera, altera falsa. Vera est cui res ipsa respondet, aut de qua certa ratio dari potest, si minus, falsa erit. In Categoricalis ex materia facilis est notio, sed conditionales ueræ erunt, quando genus sequitur speciem, effectus causam, subiectum quoque adiacentia, & actus. Copulatiuæ quoque ueræ sunt, si utrunque uerum fuerit, falsæ autem, si utrunque aut certe alterum falsum fuerit, adeo est horum natura, ut si unum multis ueris mendacium accesserit, uniuersa sint falsa. Disiunctuarum autem semper una est uera, altera est falsa, fieri enim nequit, ut quis simul Mammonæ & Deo seruiat. At in disiunctiuis si unum ponitur, non statim alterum excluditur, siquidem nihil urget ut quis sedeat, etiam si non ambulet. Media enim hic sunt accubere, stare iacere.

Quotuplex est propositio secundum oppositionem?

Quadruplex, Contraria, subcontraria, subalterna, contradictoria.

Quid est oppositio ἀντίφασις uel ἀντίθεσις?

Est repugnantia & discordia duarum propositionum eiusdem subiecti & prædicati, uel in qualitate uel in quantitate, ut uerum à falso discernatur. Hic tamen cauendum est, ne qua utrinque sit ἀμφιβολία. Hæ enim nō opponuntur: Christiani sunt serui, Christiani non sunt serui. Christiani sunt reges, Christiani non sunt reges. Seruorum enim & regum nomen uariat, aliàs ciuilitè, aliàs spiritualiter utrumque capitur.

Quæ nam contrariæ sunt ἐναντίως ἀντικείμεναι?

Vniuersales, quarum una affirmatiua, altera negatiua: Omnis alectorius est lapis, Nullus alectorius est lapis. Quilibet Læstrygones sunt homines, Nulli Læstrygones sunt homines. Quæ nunquam possunt simul esse ueræ in materia necessaria, sed in contingenti falsæ essent: Omnes milites sunt fideles, Nulli milites sunt fideles.

Quæ

Quæ sunt subcontrariæ ὕπερ-
 νάντιαι?

Duæ particulares sunt, quarum una ait, altera
 negat, ut, Quoddam remedium est alexipharmacum
 cū, quoddam remedium non est alexipharmacum.
 Quidam Saxones sunt bibuli, Quidam Saxones non
 sunt bibuli. Hæ cum sint in materia cōtingenti simul
 ueræ esse possunt.

Quæ sunt subalternæ ὑπὸ
 πάληλαι?

Sunt uniuersales cum particularibus. Hæ enim
 ex illis colliguntur. Quare subalternæ proprie inter
 se non opponuntur, quia hic non sunt duæ oppositi-
 ones repugnantes, imò potius esset argumentandæ
 forma, quando ex uniuersalibus particularia infer-
 runtur ἢ ἡ κατὰ γωνίαν, ut res propius cerne-
 retur, ut Omnes Pœni sunt fœdifragi, Ergo quidam
 Pœni sunt fœdifragi. Omnes homines sunt peccatores
 res, Ergo quidam homines sunt peccatores.

Quæ sunt contradictoriæ uel
 contradicentes ἀντιφα-
 τικῶς ἀντικείμεναι?

Quæ in quantitate & qualitate simul dissentiunt
 ueluti quando uniuersalis affirmatiua particulari
 negatiuæ opponitur, aut uniuersalis negatiua parti-
 culari

culari affirmatiue, quæ nunquam possunt esse simul neq; uere neq; falsæ, ut Omne alatum uolat, et quoddam alatum non uolat, Omnis mortua fides est sine operibus, Quædam mortua fides nō est sine operibus. Sunt quoq; eius generis duæ singulares: Paulus est Apostolus Christi, Paulus non est Apostolus Christi.

Ostende digoramma oppositionis quadruplicis.

Omne maleficium
est puniendum

Nullum maleficium
est puniendum.

Contrarie

Contradi

ctorie.

Contradi

ctorie.

Subcontrarie.

Quoddam maleficium
est puniendum

Quoddam maleficium
non est puniendum
Quis

Quis est usus oppositarum
propositionum?

Vt quis cognoscat, quæ sibi mutuo repugnent,
quæ sibi consistere nequeunt. Deinde ne quis repug-
nantia sibi dicat, alioqui in disputando $\omega\alpha\lambda\iota\upsilon\omega\delta\iota\epsilon$
 $\alpha\epsilon\upsilon$ canere cogetur. Postremo plurimum ad locos cō-
trariorum, ad inuersionem & Enthymema Rhetori-
cum, quod ex contrarijs fit, & ad censuram antino-
miarum conferunt. Obseruandū tamen hic est, ut sub-
iecta & prædicata ubiq; sint eiusdē significationis.
Facile & quis pronunciaret iudices esse deos, & nō
deos, quoniā metaphoricè dij quoq; sunt, qui iudiciū
Dei exercent. Eodē modo lac peccatores saluat, et nō
saluat, cū in priori sit lac ipsum Euangelii, quo con-
cepti sumus, nati, & educati, quod apud Petrū est $\lambda\omicron$
 $\gamma\iota\kappa\omicron\upsilon$ & $\alpha\delta\omicron\lambda\omicron\upsilon$, necesse autē hic est, ut in cōpluri-
bus alijs, cōmunis sensus authoritatē sequi.

Quod est secundum propositio-
num accidens, primū enim
erat oppositio?

Est conuersio $\alpha\upsilon\iota\varsigma\omicron\phi\eta$, quæ est subiecti in præ-
dicatū cōmutatio, signis nō mutatis. Vna est simplex
 $\alpha\epsilon\pi\lambda\eta$, quæ uel est utraq; negatiua: Nullus Mahu-
meticus est Christianus, Nullus Christianus est Mas-
humaticus, uel utraq; est particularis affirmatiua:
Quidā sacerdotes est Christianus, Quidam Christia-
nus est sacerdos.

Quæ

Quæ est altera conuersio ?

Est accidentalis ἐν δὲ λέξι ὁμοίᾳ, quia accidit illi noua quantitas qualitate salua. Fit primo ex uniuersali affirmatiua & particulari affirmatiua, ut Omnes germani sunt indigenæ, Ergo quidam indigenæ sunt germani, Omnes Turcæ sunt Idolatræ, Ergo quidam Idolatræ sunt Turcæ. Fit quoq; ex uniuersali & particulari negatiuis: Nullus Turca Christianos amat, Quidam nō amans Christianos est Turca.

Quæ est tertia conuersio ?

Per contrapositionem κατ' ἀντιθέσιν, in qua termini (sic partes propositionum Aristoteles nominat) finiti in infinitos conuertuntur, uel in affirmatione uniuersali, ut Fides iustificat, & quod non iustificat non est fides, uel in particulari negatione, Quædam uirtus non est iustitia, & aliquid quod non est iustitia non est non uirtus, hoc est, uirtus aliqua est, quæ non est iustitia.

Quis est usus conuersionis.

Non simplex, prodest enim primo ad syllogismorum reductionem, mox ad illustrandam propositionem, ut Iustus ex fide uiuit, Quotusquisq; qui ex fide uiuit nō erit iustus? Aut hoc modo, Putas ne eum, qui ex fide uiuit, non esse iustum? Nemo beatus est im-
probus

probus, Ergo nemo improbus est beatus. Nemo insipiens est liber, Ergo nemo liber est insipiens, hic confirmamus uerum liberum esse sapientem, quod in paradoxis Cicero fecit. Postea utilis est ad uocabulorum discrimen, ut quando generalius, seu ut Aristoteles inquit, ἐπιπλεῖον alterum ostenditur, ueluti Omnis uox sonus est, Omnis fragor sonus est, Omnis fortuna est casus, sed non e contra.

Quod est tertium propositi
onis accidens?

A equipollentia, est æquiualentia duarum propositionum, ex hac autem dinoscimus, quæ inter se consentiunt, quæ dissentiunt, & quæ eiusdem sint uirtutis, & energie, Nam hic sæpe pulchrum est propositiones uariare, eodem tamen sensu, quod Græci dicunt ἰσοδυναμεῖν, ut omnes milites non sunt impij, æquiualeat huic, quidam milites sunt impij. Harum iudicium præcipue ex Grammaticis petendum est, uersatur enim maxime in additione, aut detractone, aut geminatione negationis. Hinc confert Synonymia nõ solum uerborum, sed etiam constructionis & figurarum apud Rhetores.

Quorsum conducit propositi
tionum tractatio?

Potiss

Polissimum ad duo, Primum ad structuram & censuram argumentationum. Siquidem ex propositionum formis qualibet est composita, & iuxta diuersitatem materiae est uaria. Nunc enim necessario, nunc uerisimiliter, nunc falso colligit. Deinde ut scripturientibus sit certa propositio, qua de re scripturi aut etiam dicturi sunt, ne quis diceret esse aut *ἄρα πτόνοιας*, cum ad rogatum non recte responderetur, aut *ἀπτόνοιας* quoties *ἀπὸ τοῦ νοῦ*, hoc est sententia proposita alienum quippiam in medium proferretur. Quare & hoc modo ex longa oratione talis quoque querenda est, ad quam reliqua argumenta *ἐνσὸχος* reuocantur, ut apud Ciceronem pro Plancio: Plancus aedilitatem non est assequutus ambitu. Pro Deiotaro: Rex non est hostis. Pro Archia: Archia est ciuis. Pro Cluentio: Cluentius non corrumpit iudicium, neque ueneficus est. Ad Romanos Paulus: Fide peccatores saluantur. Hoc saepe modo certius nuda membra dijudicantur, quae antea multis obfuscata erant coloribus Rhetorum.

Affer exemplum iudicandi propositiones.

Sic hoc

Sit hoc: *Iustus non moritur, seu non gustabit mortem*, primum est categorica, simpliciter enim mortem non esse in iusto ex fide prædicat, mox negat quoque prorsus mortem cadere posse in iustum. Deinde est infinita, quæ hic uniuersali æquipollet, cum asserimus καὶ ὅλοι κῶς omnes, qui ex fide iusti sunt, non mori. Tum est necessaria, siquidem in iusto tanquam in subiecto adiacens, necessarium seu natuum est ipsa uita, aut si quis mauult credibilis est, sed tantum doctis & prudentibus, sicut & alia paradoxa. Postea est quoque uera, cuius ratio eademque certa dari queat, probatur enim cum ex alijs locis, tum testimonijs sacrarum literarum, & exemplis Abrahami & prophetarum. Quare illius contraria, ut *iustus moritur*, subalterna ut quidam *iustus moritur*, & contradictoria, ut *iustus moritur penitus falsa sunt*, fieri enim nequit, ut in eadem materia sint ambæ ueræ. Item recte hinc sequitur ex oppositione accidentali, quendam, qui non moritur, esse iustum. Cui æquiualeat, quis est iustus, qui unquam mortuus sit? Mors cadet ne in iustum? Nullus iustus moritur, Nihil loci est morti in iusto &c. Cæterum mortis uocabulum hic, ne quid sit ἀνεπίθετον, non ad corpus, sed ad animæ interitum & condem

condemnationem referimus, sicut sub uita nō istam
temporaneam, sed æternam, adeoq; beatitudinem il-
lam cœlestem intelligimus.

Quid est argumentatio?

Est iuxta Ciceronem ratio, rem aliquam aut pro-
babiliter aut necessario ostendens, quæ finitio & ci-
uilitate argumento competeret, quod colligit uel pro-
babiliter, uel necessario. Apud nos uero est argumē-
tatio iuxta argumenti explicatio. Nam non temere
argumentum, hoc est probabile inuentum, ad facien-
dam fidē explicatur, sed certis formis tanquā gno-
mone & regula.

Quis est usus argumenta- tionis?

Vt inuenta argumenta ex locis ad trutinam uoc-
centur, siquidem cum hæc in certam argumentandi
formam fuerint inclusa, mox apparet, quæ sunt ἀκρί-
αυτα, aut ἀνακρίαυτα, quæ necessaria, quæ pro-
babilia sunt argumenta, sicut fabri suas ἀμύσσες, &
περpendicularα, sicut Mathematici suas γραμμικὰς
& ποσειδωνικὰς, hoc est, lineares demonstrationes ha-
bent. Ita Dialecticis sunt suæ formæ argumentandi,
in quarum artificiosa expositione argumentatio con-
sistit, adeo ut hæc prorsus non aliud sit, quàm forma
quædam

quædam conuertendi argumenta, id est, rationes probationum in certas figuras.

Quotuplices sunt formæ argumentationis?

Aliæ primariæ, ut Syllogismus, Enthymema, Inductio & Exemplum. Aliæ secundariæ, ut Sorites Dilemma, Violatio, Enumeratio.

Quid est syllogismus?

Est oratio, qua ex duabus propositionibus positis, tertia necessario colligitur. Dicitur autem à greco συλλογίζεσθαι quod computare, colligere, & ratiocinari significat. Dialectica enim non adeo numeris dissimilis est, quare ratiocinatio recte à Latinis uocatur. Cæterum per positas intelligimus datas & admissas, Gellius consensas & cõcessas uertit ex Aristotele, apud quem est τὸ δέν τῶν τινῶν, Nam & græcis pene idem sibi uult τὸ δέσθαι, quod Latinis ponere pro concedere, pro non refragari.

Quid nominis est tertio, quod colligitur?

A Boethio conclusio, quia summam præcedentium propositionum concludit, à Cicerone complexio, quia easdem complectitur, à Quintiliano con-

L nexio

nexio, quia utramq; propositionem connectit, antea enim disiuncta utraq; ab altera uidebatur, A Rodolpho intentio, quia ueluti in uno fasce significat, quid oratione duarum premissarum intendebamus, ab Aristotele $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\epsilon}\rho\alpha\sigma\mu\alpha$, quia simul colligit, atq; uim utriusq; precedentis absoluit.

Quotuplex est syllogismus?

Quadruplex, aut ex forma, aut ex materia, aut ex terminis, aut ex perfectione dicitur. Ex forma quidem seu substantia propositionum unus categoricus, qui ex id genus propositionibus constituitur, alter hypotheticus, qui ex eiusmodi pronuntiationis componitur.

Quotuplex est ex materia?

Sicut materia colligendi triplex, ita & ex eadem syllogismus, Nam si perpetua uera fuerit & certa seu necessaria, nunc disciplina, nunc $\acute{\epsilon}\pi\acute{\iota}\delta\epsilon\lambda\epsilon\tau\acute{\iota}\sigma$, nunc syllogismus $\acute{\epsilon}\pi\acute{\iota}\sigma\eta\mu\omicron\nu\acute{\iota}\kappa\omicron\sigma$ dicitur, de quo sunt analytica posteriora Aristotelis. Sed si probabilis fuerit seu credibilis & contingens $\delta\iota\alpha\lambda\epsilon\kappa\tau\acute{\iota}\kappa\omicron\sigma$ nuncupabitur, in qua ratiocinationum dialecticarum, hoc est, probabilium ius & tota facultas absoluitur, cui seruiunt analytica Aristotelis priora. Sin autem apertissime falsa, $\sigma\omicron\phi\acute{\iota}\sigma\mu\omicron\sigma$
et $\acute{\epsilon}\lambda\theta$

εἰς ἐξ ἰκός, et ἐκ φαινομένων ἢ δόξων μὴ ὄντων
 ἢ ε, hoc est caullatorius erit, qui contentiones pra
 rit, & necessarijs prounciatis, cum non sint, constā
 re uidetur, de quo est liber Aristotelis περὶ τῶν
 ἐλέγχων σοφιστικῶν, hoc est, ut Cicero inter
 pretatur, de fallacibus conclusiunculis. Verum hic
 à multis Peripateticis syllogismus simpliciter di
 ctus additur, cum in hoc non spectamus materi
 am, sed seriem & ordinem terminorum, qui more
 Mathematicorum literis & figuris olim signi
 ficabatur.

Quotuplex est syllogismus iux
 ta terminos?

Duplex. Prior communis est, qualis est genus
 species, proprium. Hic autem ex propositionibus
 uniuersalibus uel particularibus, uel indefinitis con
 ponitur, quia hæ communiore sunt, & fusius pa
 tent. Posterior est expositorius, qui ex terminis sin
 gularibus, hoc est, indiuiduis, aut potius ex propo
 sitionibus singularibus constituitur.

Quotuplex est syllogismus ex
 perfectione?

Alij sunt perfecti, τέλειοι, qui sunt bonæ & absolutæ consequentiæ, quæ naturæ communiqu; sensui sunt accommodatæ. Quare cuius conclusionem ex propositionibus propositis affingere promptū est, quod Philoponus censuit, deinde in iisdē est prædicatio κατὰ φύσιν. Conclusio autem in secunda figura non nisi à doctis perspicitur, itaq; vulgus ante reductionem non assentit. Deinde in eadem syllogismi sunt uere negatiui, qui affirmatiuis postponuntur. At in tertia non constituitur κατὰ δολικόν quod uniuersarum rerum esset, & artium comprehensio nibus aptum. Quare dignitas figurarum ex his sumitur, ut quatuor primi figuræ primæ sint perfecti, reliqui omnes imperfecti ἀτελείοι, itaq; hij ad illos reducentur.

Quæ nam est ratio componendi syllogismum?

Non nisi per principia, Quorum nomine intelligimus, ut in quibuslibet alijs rebus, sic in syllogismis conficiendis operis rationem, quæ eum desiderantur totum extare nequit. Quare non sunt temere negligenda, quæ non sine prudenti consilio à ueteribus excogitata sunt.

Quotuplicia sunt principia syllogismorum?

Quadrū

Quadruplicia, ut materialia, formalia, canonica
 & reducentia. Materialia quidem sunt tres termi-
 ni & duæ propositiones, Terminus autem hic pars
 propositionis est, ut subiectum & prædicatum, ex
 quibus duo dicuntur apud Aristotelem ἄκρῃ, apud
 nos extremitates. Vna tamen, quia fusissime omni-
 um patet, maior μεῖζων, altera autem quæ aliquan-
 to magis astringitur, minor ἐλάττωσιν est, quæ mi-
 nus uirium quoq; habet atq; prior. Verum ut hæ
 duæ connectantur, medius seu communis μέσος re-
 quiritur terminus, qui utriq; extremo accommoda-
 ri & conferri debeat, ut ex compagine horum ter-
 minorum duæ propositiones nascantur, quarum
 prior quidē in scholis maior, à Cicerone κατ' ἐξο-
 χήν propositio, à Rodolpho expositio, à Quintilia-
 no intentio, à Boethio sumptum dicitur, quia uberi-
 us alijs rebus quadrat & principatum tenet, quia
 ὑνωμένη, qua cōpositionis syllogistica ratio cōstat,
 cōplectitur & proponit, adeo ut hinc uis ratiocinati-
 onis pendeat, Nam ubi summam rei intendimus,
 hinc quod colligi debeat, petitur & sumitur. Poste-
 rior autem minor, Ciceroni autem est assumptio,
 Boethio assumptum, quod sub priori arctius suis
 limitibus assignatur, ut uelut quodam iure ab illa
 professum & concessum petitur, quod græcis est
 ἐπὶ ἀλλοτρίῳ, sed quando hæ duæ conglutinan-

tur, & conferruminantur conclusio seu complexio erit.

Quot sunt formalia principia syllogismorum?

Duo, Figura & modus. Figura $\chi\eta\mu\alpha$ est ordinatio & dispositio medij termini in subiectione & prædicatione. Nam si medius in maiore subijcietur, & in minore prædicabitur, prima est figura. Si in utraq; prædicabitur, secunda est. Sin autem utring; subijcietur, tertia est. Quando autem in maiore prædicatur, & in minore subijcietur, quarta, quã Scoti sectatores excogitarunt, magis uarietatis in dicendo causa, quam necessitatis, quæ tamen nõ prorsus est repudianda, quam & Aristoteles $\alpha\upsilon\tau\eta\varsigma$ $\sigma\gamma\alpha\mu\mu\acute{\epsilon}\nu\eta\upsilon$ uocasse apparet, quod inuertat primæ figuræ dispositionem. Cæterum Modus $\sigma\upsilon\zeta\upsilon\gamma\iota\alpha$ est in certa quantitate & qualitate propositionum, collatio & compositio, quam Græci uocant $\sigma\upsilon\mu\pi\lambda\omicron\kappa\eta\upsilon$. Cuius rationem, nõ citra negotium quis discerneret, dictiones quasdam ueteres excogitarunt, in quibus tantum primum uocales, deinde consonantes obseruant. Sunt autem hæ literæ:

- A Vniuersalis affirmatiua.
 E Vniuersalis negatiua.
 I Particularis affirmatiua.

- O Particularis negativa.
 S Conuerſionem ſimplicem.
 P Accidentalem ſignat.
 M Propoſitionum tranſpoſitionem.

In prima figura ſunt:

Bar	Ce	Da	Fe
ba	la	ri	ri
ra	rent	i	o

In ſecunda ſunt:

Ceſ	Cam	Feſ	Ba
a	eſ	ti	ro
re	tres	no	co.

In tertia ſunt,

Da	Fe	Diſ	Da	Bo	Fe
rap	lap	am	tiſ	car	riſ
ti	ton	is	i	do	on

In quarta ſunt,

Ba	Cam	Da m	Fri
ma	e	ri	me
na	ne	i	no.

Quæ ſunt canonica principia?

Quæ canones quosdam complectuntur, quibus in Syllogiſmorum conſtitutione propter bonam conſequentiam opus eſt. Sunt autem ſex canones ſeu regulæ, de quibus tamen ſatis cautum eſt pueris in ſiſticijs dictionibus.

Da primum.

Syllogismus non fit ex solis negatiuis, hoc est, si omnes propositiones fuerint negatiuæ, fieri potis nō est, ut is syllogismus sibi constet, ut Nullus adamas ratiocinatur, nullus homo est Adamas, Ergo nullus homo ratiocinatur, hic tametsi ex ordinatione mediij termini fit in prima figura, in nullum tamen modum eiusdem concludi potest.

Da secundum.

Neq; hic conficitur, quando omnes fuerint particulares. Requiritur enim hic quod Peripatetici dicunt, τὸ δὲ ἄλλο κὼινὸν, ut Quidam reges sunt bellaces, Sardanapalus est rex, Ergo bellicosus. Figura hic nota est, sed in modo certo non est, quare uitiosus iudicatur.

Da tertium.

Conclusio semper deteriorem partem sequitur. Nam si una propositionum fuerit particularis, talis erit et cōclusio, si negatiua, negatiua. Ab hoc quoq; Syllogismus nomen accepit. Quod si hæc uniuersalis fuerit, uniuersalis, si particularis, particularis, si negatiua, negatiuus censendus est Syllogismus.

Da quartum.

Termini

Termini nō sunt ἀμφίβολοι: Omnes reges sunt
 σκηνπτοῦχοι, νομοθέται, μομφύλακες, Om-
 nes autem Christiani sunt reges, Ergo omnium
 Christianorū est regnum administrare, leges figere
 & refigere. Hic non est peccatum neq; in forma
 neq; in modo, sed in materia, alia enim ratione Chri-
 stiani sunt reges, sicut & sacerdotes, atq; ciuiles,
 atq; sic iuxta sensum uerborum quatuor essent ter-
 mini, cum tribus tantum opus sit.

Da quintum.

Est ut ijs conueniat ὃ κατὰ γογεῖδαι κατ'
 πᾶν τὸσ. ἢ κατ' μηδενὸσ, hoc est, dici de omni,
 dici de nullo. Illud quidem est, quando sub subiecto
 maioris nihil comprehenditur, de quo prædicatum
 conclusionis non dicitur. Hoc uero est, quando id
 quoq; à prædicato conclusionis tollitur, quod à sub-
 iecto maioris. Cauet autem hic canon, ut subiectus
 terminus maioris non solum sit minor, aut certe
 æqualis prædicato, sed etiam ne minor sit extra cau-
 sam conclusionis, hoc est, medium terminum. Quod
 sane futurum est, si maior uniuersalis, uel æiens, uel
 negans fuerit. (cerdos

Bar Quicumq; offert sacrificium iusticie est sa-
 ba Omnis Christianus offert eiusmodi sacrificiū
 ra. Ergo omnis Christianus est sacerdos.

Hic nihil affirmatur, sub oblatione eius sacrificij, cui sacerdotis nomen non competeret, neq; subiectū minoris, hoc est Christianus à medio seu caussa conclusionis recedit, Item,

Ce Nulli zoili doctis fauent.

la Omnes imperiti sunt zoili,

Negauit n. Philosophus inter uiuos & mortuos (sic enim doctos & indoctos appellauit) conuenire.

rent. Ergo omnes imperiti doctis non fauent.

Hic rursus nihil negatur sub zoilis de quo fauor studiosorum non summoueretur, hoc est, prædicatū conclusionis. Quæ dispositio seu æconomia syllogistica est in quatuor modis primæ figuræ potissimum. Quare perfecti merito iudicandi sunt, quod bonam consequentiam habeant, hoc est, quod omnia ritè inter se cohereant. Proinde alij modi cuiuscunq; figuræ ad uitandam ἀνεκολουτία ad illos certis rationibus reducuntur.

Da Sextum

Medius terminus inuenitur ferè ex causa conclusionis, quando uis totius syllogismi ex medio termino pendeat. De eodem igitur inueniendo & olim laborarunt. At is maxime erit, si prepositi thematis seu conclusionis causam aut rationem continuerit. Erit itaq; medius terminus, nihil aliud nisi conclusiois ἀΐσιολογία. Neq; illi potest esse locus in conclusio

conclusionē, cum tantum rationem indicet, cur minor terminus maiori possit adiungi. Sit autem exemplum ex Cicerone, ut Verres est quadruplo puniendus. Causa illius est, quia fur manifestus, igitur medius est terminus, atq; hinc argumentari licet: Omnis fur manifestus est quadruplo puniendus, Verres est fur manifestus, Ergo Verres est quadruplo puniendus. Sit aliud: Sapiens est diues. Causa, quia ille nihil appetit, nihil querit amplius, sed suis fortunis contentus est. Est itaq; nunc syllogismus in promptu:

- Bar Qui suis bonis contentus est diues est,
 ba Sapiens bonis suis contentus est, Ergo
 ra Sapiens diues est.

Ceterum cum hæc causa in minori accomodatur nostro negotio, non male Græci αἰτιῶν, Rhetores negotium uocarunt, ἀπὸ τοῦ ἀποῦν autem est utralibet propositio, uel maior uel minor, de qua est controuersia, & adhuc sub iudice lis est.

Quæ sunt principia reducentia seu conuersiua:

Sunt ea quibus non tantum est necessaria collectio-
 nis examen, sed etiam noua probatio, atq; hodie
 in Scholis duo numerantur, quorum unum ostensi-
 uum, alterum ad impossibile. Nam quam nonnulli
 μ.ε.τ.α

μετὰ δὲ σὺν addiderunt, nobis tantum erit reducti
onis instrumentum.

Quid est principium ostensium
ἀποδείξις τῆς ἀποφάνσεως, apud ueteres
ἀντιστοίχη?

Est quo uis bonæ consequentiæ ostenditur, quan-
do in perfectos modos illigantur, sed in hoc opus est
conuersione, de qua ante dictum est, & transpositio-
ne propositionum, nimirum quando maior cum mi-
nore, & e contra commutatur, pueri autem eandem
ex initiali consonante dictionis obseruabunt, quæ nõ
nisi ad similem literam perfecti modi reductionem fi-
eri indicabit. Igitur Cæsare ad Celarent, Dati si ad
Darij, Bocardo ad Barbara d'esse τῆς ἀποφάνσεως reducitur,
atq; idem de alijs iudicium esto. Exempli gratia:

Ces Nemo Christianus magistratum contemnit,
a Omnis Anabaptista magistratum contemnit,
re. Ergo Nullus anabaptista est Christianus.

Ce Nullus cõtēptor magistratus est Christianus:
la Omnes Anabaptistæ sunt magistratus con-
temptores,

rent. Ergo nullus anabaptista est Christianus.

Dar Omnes superbi sunt Deo infesti,

ap Omnes superbiunt confidentia sui, Ergo

ti. Quidam sibi fisci sunt Deo infesti.

Das Omne

Versa est sim-
pliciter.

Da Omnes superbi sunt Deo infesti,
 ri Quidam sibi confidentes sunt superbi, Ergo
 i. Quidam sibi confidentes sunt Deo infesti.
 Cam Omnis avarus est meticulosus,
 es Nullus sapiens est meticulosus, Ergo
 tres. Nemo sapiens est avarus.
 Ce Nullus meticulosus est sapiens,
 la Omnis avarus est meticulosus, Ergo
 rent. Nullus avarus est sapiens.

Versa est per
 accidens.

Media hic est transposita, minor & conclusio
 sunt conuersæ simpliciter.

Est ne eius usus quidam ?

Est, cum id quod infirmum est, ad firmum reduci
 tur, siquidem in prima figura ferè argumentamur
 à causis ad euenta, sed in secunda uice uersa. Ideo il
 lã cognitionem à priori, præcedunt enim natura cau
 sæ ipsos effectus, hanc autem à posteriori hodie philo
 sophantes nominant.

Quid est reductio per impossibi

bile ἀπὸ τῶν ἀδύνατον
 δυνάτου ?

Est per quã aduersarius cogit, ut alterutrũ conce
 dat. Fieri enim nequit, ut utrumq; asseueret, sed sem
 per aut

per aut ut priori conclusioni assentiat, aut ut antedatam & concessam neget necesse est. Constat enim ex contradicentibus, quas simul ueras esse ἀδύνατον est, per hanc autem κατ' ἀντίθεσιν ueritas ad trutinam recte uocatur. Fit autem ipsa hoc modo in secunda figura, quando contradicens conclusionis syllogismi reducendi sumitur, salua tamen maiore, in minorem reducitur, ut:

- Ces Nemo iustus aliena occupat,
 a Omnis auarus aliena occupat, Ergo
 re. Nemo auarus est iustus.
 Fe Nemo iustus aliena occupat,
 ri Quidam auarus est iustus, Ergo
 o. Quidam auarus aliena non occupat.

Hic aduersarius nolens uolens priori conclusioni assentire cogitur, aut quod antea concessit, quod non est prudentis, negare. Sic Camestres ad Darif Festino ad Celarent, Baroco ad Barbara reducitur. Porro in tertia figura sumitur contradicens conclusionis in maiorem cum minore non mutata, & maioris contradicens concludit.

Reducendus.

- Da Omnis stylus est dicendi magister,
 ra Omnis stylus usu paratur, Ergo
 pi. Quoddam usu paratum dicendi magister est.

Ce Nul

Ce Nullum usu partū est dicēdi magister,
 la Omnis stylus usu paratur, Ergo
 rent. Nullus stylus est dicendi magister. Reducens.

Hic alterutrum nempe prius concedendum est, nam posterius prorsus à uero abhorret. Ad hunc modum Felapton ad Barbara, Disamis ad Celarent, Datifi ad Ferio, Bocardo ad Barbara, Ferison ad Darij reducitur. Cæterum in disputationibus serijs non tam crasse reducunt auctores, sed sæpe contradicentem propositionis sumunt, cui id quod sequitur mox subijcitur, quod si uerum sit, & illud uerum est. Sin autem falsum & illud falsum, ut patet hoc exemplo: peccata non sunt paria, cuius contradicens est, quod sint paria, quæ si uera fuerit, consequitur peccata quoque æqualiter punienda esse, sed leges grauius homicidium & furtum, quàm adulterium puniunt, ergo falsum. Sic & illud quod peccata sint paria. Hac quidem forma non tantum Aristoteles, sed etiam Cicero usus est atq; hic de ea sic ait: Docent Dialectici, si ea quæ rem quampiam consequuntur falsa sunt, falsam esse illam, quam consequuntur.

Da exempla syllogismi perfecti uni
 uersalis affirmatiui &
 categorici.

Bar - Om^a

- Bar Omne bonum est laudabile,
 ba Omne honestum est bonum, Ergo
 ra Omne honestum est laudabile.
 Bar Omnis doctor uerbi dei & sacramenta por-
 rigens est episcopus,
 ba Omnes ueri pastores sunt tales,
 ra Ergo ueri pastores sunt episcopi.

Da exemplum Syllogismi negatiui
 uniuersalis perfecti &
 categorici.

- Ce Nullum honestum est turpe,
 la Virtus omnis honesta est, Ergo
 rent Nulla uirtus est turpis.
 Ce Nullus fidelis pastor adueniente lupo oues
 suas deserit,
 la Omnis uerus episcopus pastor est fidelis,
 rent

Ergo Nullus uerus episcopus ueniente lupo oues su-
 as deserit.

Nam $\pi\omicron\mu\acute{\alpha}\lambda\epsilon\sigma\iota\varsigma$ illis conceditur, ut pascant oues
 Christi uerbo dei, & uirga lupum, id est, hereti-
 cum, hoc est, qui fermentum nouarum traditionum
 impiarum commiscet, arceat.

Esto

Esto exemplum Syllogismi categorici perfecti, particularis affirmatiui.

- Da Omne malum est fugiendum,
 ri Quædam uoluptas mala est, Ergo
 i. Quædam uoluptas fugienda est.
 Da Omnis in ciuitatem adscriptus ciuis est,
 ri Archias est in ciuitatem adscriptus uel ciuitate donatus,
 i. Ergo Archias est ciuis.

Sint exempla Syllogismi categorici particularis negatiui.

- Fe Nullus stultus est liber,
 ri Clodius est stultus, Ergo
 o. Clodius non est liber.
 Fe Nulla res cum discordia mutabilis moueri debet,
 ri Quædam leges nõ sine discordia mutantur,
 o Ergo quædam leges non sunt mutandæ.

SECUNDA FIGURA.

Affer exempla Syllogismi negatiui categorici uniuersalis.

- Ces Nulli pij diuitijs confidunt,

M

as OMN

- a Omnes auari diuitijs confidunt, Ergo
 re. Nulli auari sunt pij.
 Ces Nulli regnum Dei possidebunt, qui alteri
 us uxorem concupiscunt,
 a Omnes mœchi alterius uxorem concupi-
 scunt, Ergo
 re. Nulli mœchi regnum Dei possidebunt.
 Cam Omnes oues ueri pastoris uocem agno-
 scunt,
 es Nulli Pharisei agnoscunt uocem pastoris
 Christi,
 tres. Ergo Nulli Pharisei sunt oues Christi.
 Cam Omnis auarus est idololatra,
 es Nullus pius est idololatra, Ergo
 tres. Nullus pius est auarus.

Adsint exempla syllogismorum
 particularium.

- Fes Nullus Tyrannus rempublicam recte ad-
 ministrat,
 ti Augustus rempub. recte administrat,
 no. Ergo Augustus non fuit Tyrannus.
 Fes Nullus uoluptuarius est studiosus,
 ti Coelius est studiosus, Ergo
 no. Coelius non est uoluptuarius.
 Porro nihil prohibet pro particulari substituere
 singu-

singularem, etiam interdum pro uniuersali propositione. Nam ubi uniuersis rebus aliqua competit, nemo negabit, quin etiam quibusdā & singulis eadem quadrabit. Quid quod Rhetores frequentius particulares aut singulares usurpent, quam uniuersalem siquidem ille propius ad rem accedunt, & propius perspiciuntur.

- Ba Qui ex Deo sunt, uerba Dei audiunt,
 ro Iudæi uerba Christi non audiunt,
 co. Iudæi igitur ex Deo non sunt.
 Ba Omnes Christiani mammonam respuunt,
 ro Quidam sceneratores mammonam non respuunt,
 co. Ergo quidam sceneratores non sunt Christiani.

DE TERTIA FIGVRA.

Dic exempla Syllogismorum categoricorum, particularium affirmatiuorum & negatiuorum.

- Da Omnis uirtus labore paratur,
 rap Omnis uirtus est honesta, Ergo
 ti. Honestæ quædam labore parantur.
 Da Omnis Turca est Mahometigena,

M 2 rap Omne

- rap Omnis Turca est impius, Ergo
 ti. Quidam impius est mahometigena.
 Fe Nulli superbi in cœlo locum habent,
 lap Omnes superbiunt propter res secundas,
 Ergo
 ton. Quidam propter res secundas non habēt
 locum in cœlo.
 Fe Nemo Græcorum barbarus est,
 lap Omnes Græci sunt mendaces, Ergo
 ton. Quidam mendaces non sunt barbari.
 Fe Nulla conuiuia pauperum sunt abrogāda
 lap Omnia conuiuia pauperum sunt antiquis
 tus sancta & confirmata, Ergo
 ton. Quædam sancta & confirmata non sunt
 abroganda.

Veteribus enim Christianis erant conuiuia & respo
 cillādīs pauperibus adhibebātur, et μετὰ πορὶ κῶσ
 ἀγαπᾶ ἀ Gratiāno, non ἐλαπίναε, ut nonnulli
 sentiunt, uocantur. Eo quoq; decimæ ecclesiasticæ in
 monasteria, hoc est, scholas pietatis Christianæ
 contribuebantur.

- Dis Quidam cibus est uenenosus,
 a Omnis cibus nutrit, Ergo
 mis. Quodda nutrimentum est uenenosum.
 Dis Quidam factiosi contra uerbum dei sen
 tentia pij & Christiani concilij condemnati sunt,

a Omnes factiões eiusmodi sunt hæreticæ, Ergo
 mis Quidam hæretici recte sunt condemnati.

Hæreticus enim is censendus est, qui se à catholi-
 ca & orthodoxa ecclesia separat, & aliam factio-
 nem deligit.

Da Omnes autorum libri sunt perlegendi,

tis Quidam autores sunt mali, Ergo

i. Quidam autores mali sunt perlegendi.

Bo Quædam uxores uiris non sunt subditæ,

car Omnes uxores germanorū sunt matresfa-
 milias, Ergo (ditæ.

do. Quædam matresfamilias uiris non sunt sub

Bo Quoddam bellum non est fugiendum,

car Omne bellum est calamitosum, Ergo

do. Quædam calamitosa non sunt fugienda.

Fe Nulla uirtus nocet,

ri Est uirtus quæ in dando consistit, Ergo

son. Aliquid dare nihil nocet.

Da Omnes sibi iusti ex uestitu & cæremonijs
 nonnullis Christum non audiunt,

tis Quidam Pharisei eodem modo iusti sunt,

i. Ergo Quidam Pharisei Christum non
 audiunt.

Pharisei enim à plebe iudaica nonnullis constitu-
 tionibus separati erant, sub Hircano & Alexandro
 regibus israelitarum, hoc est ante natum Christum

centum plus minus annis, quibus prorsus sibi beati
 & iusti uidebantur, & Euangelij auctoritatem
 prorsus repudiabant. Notum autem est peritis pha-
 riseos græce dici monachos, latine uero solitarios,
 aut segregatos, ut etymon cuiuslibet linguæ satis
 declarat.

Fe Nemo uitij obnoxius est liber,

ris Sunt uitij obnoxij uel potentissimi re-
 ges, Igitur

on. Quidam reges non sunt liberi.

Hunc Syllogismum in paradoxis fusius Cicero
 explicat.

Explica quartam figuram.

Hanc ueteres usurparunt magis, quam docue-
 runt, neq; tamen quicquam prohibet certis de cau-
 sis inuentis aliquid addere. quod operepretium est

Ba Omne bonum est laudabile,

ma Omne laudabile est honestum, Ergo

na. Omne bonum est honestum.

Ba Anima semper mouetur,

ma Quod seper mouetur est immortale, Ergo

na. Anima est immortalis.

Cam Sapientes sunt fortes,

e Fortes non afficiuntur ægritudine,

ne. In sapientem non cadat ægritudo.

Cicero

Ciceronis argumentum est, quo probat sapientem esse ἀπαθῆν.

- Fri Quædam uoluptas est honesta,
 me Nullum honestum potest damnari,
 no. Quædam uoluptas non potest damnari.
 Dam Omnes Scythæ sunt barbari,
 ri Quidam barbari sunt ἀνθρώποι φάγοι,
 i. Ergo quidam Scythæ sunt ἀνθρώποι φάγοι.

Apud oratores tamen sepe ordo propositionum communicatur, minor enim maiori præponitur, ut

Clodius est insidiator,
 Omnis insidiator iure occiditur, Ergo
 Clodius iure occisus est.

Quod si plures gradatim accesserint propositiones, Sorites, non Syllogismus, erit.

Quot sunt partes argumentationis Syllogisticæ?

Nunc sunt tres, quando nullis propositionibus ratio subiecta est. Nunc sunt quatuor, quando alterutra præmissarum, ut hodie loquuntur, confirmata est. Nunc sunt quinque, quando utraque propositio satis comprobata est, de quibus Cicero sic ait: Ratiocinatio, inquit, est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod

expositum, & per se se cognitum sua se ui & rati
 one confirmet. Hoc de genere, qui diligentius con-
 siderandum putauerunt, cum idem in usu dicendi
 sequerentur, paulum in ratione percipiendi dissen-
 serunt. Nam partim quinq; eius partes esse dixe-
 runt, partim non plus quam in tres partes posse di-
 stribui putauerunt. Eorum controuersiam non in-
 comodum uidetur cum utrorumq; ratione expone-
 re. Nam & breuis est, & non eiusmodi, ut alteri
 prorsus nihil dicere putentur, & locus hic nobis in
 dicendo minime negligendus uidetur. Qui putant
 in quinq; partes distribui oportere, aiunt primum
 conuenire exponere summam argumentationis, ad
 hunc modum: Melius curantur, quæ consilio gerun-
 tur, quam quæ sine consilio administrantur. Hanc
 primam partem numerant, iam deinceps rationis
 bus uarijs & quàm copiosissimis uerbis appro-
 bari putant oportere, hoc modo: Domus ea quæ
 ratione regiur omnibus instructor est rebus &
 apparatus, quam ea quæ temere & sine consilio
 administratur, Exercitus is, cuius præpositus est sa-
 piens, & callidus imperator, omnibus partibus com-
 modius regitur, quam is qui stulticia, & temeritate
 alicuius administratur. Eadem nauigij ratio est.
 Nam nauis optime cursum conficit ea, quæ scientissi-
 mo gubernatore utitur. Cum propositio sit hoc pa-
 Et ap

Maiores.

Probatio maior
 per similia

cto approbata, & duæ partes trāsierint ratiocinationis, Tertia in parte aiunt, quid ostendere uelis, id ex ui propositionis oportere assumere, hoc pacto: Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus administratur. Huius assumptionis quarto in loco aliam porro inducunt approbationem, hoc modo Nam & signorum ortus & obitus definitum quendam ordinē seruant, et animæ commutationes nō modo quadam ex necessitate semper eodem modo sunt, uerū ad utilitates quoq; rerū omnium sunt accommodatæ, et diurnæ nocturnæq; necessitudines, nulla in re unquam mutatae quicquam nocuerunt, quæ signo sunt omnia non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. Quinto inducunt loco cōplexionem eam, quæ aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Cōsilio igitur mundus administratur, aut unū in locū cum cōduxerit breuiter propositionem & assumptionem, id adiungit, quod ex his cōficiatur, ad hunc modū: Quod si melius geruntur, quæ consilio, quam quæ sine cōsilio administrantur, Nihil autem omnium rerum melius, quam omnis mundus administratur, Consilio igitur mundus administratur. Quinque partitam igitur hoc pacto putant argumentationem. Qui autem tripartitam esse dicunt, hi non aliter putant tractari oportere argumentationem, sed partitionē

Minor

Probatio minoris.

Conclusio fit bifariam.

horum reprehendunt. Negant enim neq; à propositione, neq; ab assumptione approbationes eorum se parari oportere, neq; propositionem absolutam, neq; assumptionē sibi perfectam uideri, quæ approbatione confirmata non sit. Quare quas illi duas partes numerant, propositionem & approbationem, sibi unam uideri partem propositionem, quæ si approbata non sit, propositio non sit argumentationis lem, quæ ab illis assumptio & assumptionis probatio dicitur, eandem sibi assumptionem solam uideri. Ita fit ut eadem ratione argumentatio tractata alijs tripartita, alijs quinq; partita uideatur, Quare euenit, ut res non tam ad usum dicendi pertineat, quam ad rationem præceptionis. Nobis autem commodiior illa partitio uidetur esse, quæ in quinq; partes distributa est, quam omnes ab Aristotele & Theophrasto profecta maxime sequuti sunt. Hæc Cicero.

Occasio diligenter est
arripienda.

Maiores.

Probatio ex
simili.

Quæ cōtinuo fugiunt, statim quando usus poscit, arripienda sunt, Nam quæ præterierunt non sunt ita reuocabilia, ut aqua quæ præterlapsa est non refluat, ut tempus quod more fluētis aquæ præterit irrecuperabile est, presente igitur re, quantum fieri queat

queat utendū, fruendū est. Porro occasio quā ocysissime dilabitur, quia hæc neglecta uix talis & tanta unquam uicissim cōtinget. Quare non inepte poetæ fingunt occasionē deam rotulis, aut globulis insistere, ut quæ loco stare nequeat. Adduntur non aliter atque Mercurio talaria, quod sit uolucris. Subito enim cui uult, se se exhibet, à fronte capillata est, quod agnoscere uelit, contrà in occipitio calua, ne fugiens teneatur, comitem habet μετὰ νοῖαν, quam Latini post Ciceronem pœnitentiam uocarunt, quæ facti & non facti pœnas exhibet, hæc residet, quando illa seuolauerit. Quemadmodum rosa, si non mature decerpta fuerit statim marcescit, & spina aderit, sicut hoc epigrammate quidam lusit:

Minor à causis.

Ab autoritate

A simili.

τὸ ῥόδιον ἀκμάζει βασιὸν χρονον, ἢ ὁ δὲ πᾶ
 ρελθῶν,

ἐν τῶν ἐσρήσεισ, ὅν ῥόδιον, ἀλλὰ βασιόν.

Ita illa contemptui habita statim superest altera atque spina, quæ nos urget, pungit & miris modis torquet. Quam quoque causam fuisse non dubitamus cur Epictetus grauis Philosophus unicuique rei duas ansas tribuit, alterā quæ teneri potest, alterā quæ non teneri potest, necesse igitur erit, eam, qua res tenetur, accipere, quid enim prodest tādē mille rationibus querere, si quesitam non arripueris, & si possis querere, uel millies uix semel tibi dabitur?

Prois.

Conclusio seu *ἐπίλογος*. Proinde celeriter & omnibus nervis occasionem assequi, corripere, amplecti, & tandem tenere oportebat.

Quæ est dispositio partium argumentationis ?

Ea non simplex est, & semper naturalis, sed sæpe arbitraria seu artificialis, alicubi minor præponitur, alicubi & ipsa conclusio. Sciendum enim est non adeo religiose apud authores servari ordinem, sed huius legis perpetua observatio, ut friuola est, & puerilis, ita molestia et tedij plena. Quare varietas est adhibenda, & modo hac, modo alia figura commutanda est oratio. Nam Ciceronis sententia varianda est oratio omnibus in rebus. Similitudo enim est sanitatis mater. Idem quoque præscribit in ipsa argumentatione, non semper à propositione incipiendum esse, neque semper quinque partibus constare, cuius plura sunt exempla in Demosthene, quam in Cicerone.

Quid est syllogismus hypotheticus ?

Est qui fit ex propositionibus hypotheticis, sicut categoricus, vel prædicatorius ex simplicibus propositionibus, quæ cum sint triplices, ut in elementis iudicij di

dicij dictum est, triplex quoq; hic syllogismus erit conditionalis, disiunctiuus, & copulatiuus, quorum unusquisq; partibus constat, propositione, assumptione & conclusione. Propositio tamen ut duas plures categoricas propositiones complectitur, ita habet antecedens & consequens, quod annexum Cicero appellauit.

Quotuplices sunt conditionales?

Triplices, Aut antecedens in assumptione affirmatur, & consequens concluditur, ut Si Christiani sunt circumcisi, sunt Iudæi, Sed illi sunt circumcisi, Ergo sunt Iudæi. Alia enim iuxta Paulū docet Christianos, alia Iudæos *ⲉⲓⲣⲉⲓⲣⲟⲩⲏ*, Si mundi pars regitur mente, & totus mundus, Sed pars mundi, ut homo *ⲙⲓⲛⲉⲣⲉⲓⲣⲟⲩⲏ* mente regitur, Igitur & totus mundus, Cicero pro Milone.

Quomodo negatiue?

Si Christus *ⲓⲛⲁⲥⲏⲉⲓⲣⲟⲩⲟⲩ* Iudæis non est, non sunt Christiani, Sed constat quod id propitiatorium non agnoscunt, Ergo non sunt Christiani. Item,

Si Deus peccatum non imputat, peccatores non sunt, Sed Deus suis peccatum non imputat, Quis igitur diceret eos esse peccatores?

Aut

Aut cōsequens tollitur, sic et antecedens et cōtra-
 Si iusticia est, uirtus est,
 Atqui uirtus non est,
 Ergo neq; iusticia.
 Si arbor non est, betula non est,
 Sed betula est, igitur arbor est.

Aut quando antecedens affirmatur & cōsequens
 tollitur, sed in repugnantibus & contrarijs, ut, Non
 si dies est, nox est, Sed dies est, ergo nox nō est. Non
 si sanus est, æger est, Sed sanus, ergo nō æger. In his
 autem ea est natura, ut impossibile sit noctem esse, si
 dies est, impossibile est ægrum esse, si sanus est. Ver-
 rum in istis quæ nec pugnant, nec necessario cohæ-
 rent, non est necessarium, hoc est, consequens esse, &
 nō esse potest, etiamsi antecedens affirmaretur. Qua-
 re id discriminis adnotandum est, ne argumenta pa-
 rum efficacia, qualia sunt coniecturalia, pro certis et
 necessarijs habeantur. Nā in illis nihil necessario col-
 ligimus, sed aduersario tantum obsistimus. Porro
 iudicium quoq; horum ex ueritate, & falsitate pen-
 det, sicut & sequentium propositionū, etiam ex cas-
 nonibus catholicis, quales sunt, à definito ad definitio-
 nem, à specie ad genus, à causa necessaria, & non ad-
 ueniente, ut Cicero ait, ad effectum, ab adiacentibus
 ad subiectum, à toto ad partes. Dialectici autem po-
 nere more græcorum pro affirmare, & rem ali-
 quam statu

quam statuerere accipiunt, sicut eius contrarium tollere pronegare.

Quotuplices sunt disiunctiui?

Duplices, aut antecedens in assumptione ponitur & consequens tollitur, ut Aut sanus, aut aeger est, Sanus est, igitur aeger non est. Aut antecedens tollitur, & consequens affirmatur: Aut uiuit, aut mortuus est, Sed non uiuit, igitur mortuus est, de hoc est Axiochus Platonis. Aut opera iustificat aut fides Sed opera non iustificat, ergo fides. Verissimi tantum sunt in contrarijs immediatis.

Quotuplices sunt copulatiui?

Duplices, Addita negatione uel antecedens confirmatur, & consequens tollitur.

Non λογικόν est, & homo non est,

Sed homo est, ergo & λογικόν.

Non risibile non est, & homo est,

Sed risibile non est, ergo non est homo.

Propositionis autem sensus est, fieri nequit, quin sit homo, si quis λογικόν statuerit. Vel quando antecedens tollitur & consequens ponitur: Non est prudens & stultus, Nō est autem prudens, Igitur est stultus. Non est uerax & mendax, Sed uerax non est scilicet, igitur mendax.

Hi tamen

Hi tamen maxime laudandi sunt, cum fuerint ex terminis æ qualibus, uel ex cōtrarijs immediatis, quæ sane copulatiui, sicut & disiunctiui, sub nomine conditionalium censerī possunt. Nam subinde inter se commutantur, tamen nihil obest ipsa uarietas, quæ cum ubiq; tum in dicendo gratissima est.

Quid est syllogismus expō-
sitorius ?

Est cuius medium est singulare. Hic enim circa singularia uersatur, in quibus sensus ipse dominatur, à quo sunt semina omnis nostræ scientiæ. Ab expositione aut nomen habet. Nam à singularibus propositionibus, quos sensus dijudicat καὶ ἡ ἐννοία κοινὴ colligitur, id est, communis notio, quam græci κατὰ δὲ τὴν interdum uocant. Fit autem plerunq; in ter-
tia figura:

Abraham uxorem duxit,

Abraham erat pius, Ergo

Pium est ducere uxorem.

Muchaletus ex Scythia uenit,

Muchaletus erat Turcus, Igitur

Turci ex Scythia uenerunt.

Iulianus imperator fuit apostata,

Iulianus in sacris literis rationi & allegorijs
confidit,

Ergo

Ergo freti ratione & allegorijs seu tropis fiunt apostatae. Quod hodie satis notū est in factione Anabaptistarum, qui spiritum suum semper iactitant & genuinum sensum citra modum repudiant, Item

Ezechias gessit magistratum,

Ezechias erat pius, Ergo

Pij possunt gerere magistratum.

Nunc phanatici sunt qui hunc contemnunt & Pythagoræ & ἠράδοιο in usum reuocant. Ex his atq; alijs prospicere licet, quare expositorius dicitur, ut qui exponit communes sententias seu propositiones, atq; nihil aliud est, quam si quis speciem facti subijceret, per quam illæ exquisitè explicantur, & certius dijudicantur, quæ non mediocris uirtus est tum in discendo, tum in docendo, & nescio an ulla uia enarrandi leges, seu sententias generales aptior in scholis esse possit.

Quid sibi uult Enthymema?

Vocabulum hoc apud Rhetores latius patet, non ut sit certa argumentandi ratio, quemadmodum Syllogismus, sed ut sit quædam probatio artificialis, quæ exemplis non constat. Hinc fit quod $\pi\rho\upsilon\sigma\iota\sigma$ (sic uocant probationem) diuidatur in Enthymema & Paradigma, atq; isto probatiōis genere, alij oratorū $\pi\rho\alpha\gamma\alpha\delta\epsilon\iota\gamma\mu\alpha\tau\iota\kappa\omicron\iota$ dicuntur, quibus est exēplaris

N compro

comprobatio, alij *Ενθυμηματικοί* dicuntur, qui
 bus ea est artificiosa. Nam id grecis quoq; est *ενθυμηματι*,
μειδωαι, quod latine excogitare & deliberare,
 qua de caussa & Cicero adductus etiam Syllogis-
 mos hypotheticos *ενθυμηματα* nominauit,

Quid est Enthymema apud
 Dialecticos ?

Est Syllogismus imperfectus ex assumptione &
 conclusione constans. Fit enim cum alterutra propo-
 sitionum ex Syllogismo omissa fuerit, & mente ta-
 men concepta. Hac de causa & Quintilianus com-
 mentum appellauit, sed si haec addita & expressa
 fuerit, in nomē syllogismi abibit. Aristoteli est *ουλο-
 λογισμος* ατελης εξ *επιτοτων* η *σικειων*,
 nempe quod uersatur, aut circa uerisimilia, seu con-
 sentanea, quae sunt *επιτοτα*, ex quibus Enthymes-
 mata *ελεγκτικα* redduntur, & *εικασα* quod sa-
 pe redarguantur, ut Testes sunt suspecti, Ergo men-
 daces. Lucullus in belligerendo infelix erat, Ergo
 non est in imperatorem deligendus. Deinde fit *επι-
 τεκμηριων* quae indicia sunt certa & confessa,
 quae in dubium reuocari non debeant. Ideo erit *σικετι-
 κων* & *τεκμηριων*, quod certo rem demonstrat
 absq; omni cōtrouersia, ut Peperit, ergo uirū cog-
 nouit. Incontinentes cū non sunt Eunuchi, γαμειν
 oportet, Ergo sacrifici incontinentes ducent uxores.
 Quod

Quod contra naturam est uitandum est, Ergo & usura uitāda est, quod in politicis Aristoteles suscipi me docet, qui eam numerat inter species arte ex cogitatas ad rem familiarem comparandam.

Quod nam optimum Enthymema?

Aristoteles laudat demonstratiuum maxime quod ex cōtrarijs cōficitur, ut Viuit, ergo mortuus non est. Quem alienū fidū inuenies, si tuis hostis fueris? Salust. Id tamen nōnulli adnotarūt, Enthymema per omnes figuras duci ut syllogismū. Quare eiusdē conclusio in prima figura ἀλλοδοσ, in secunda λυσιμοσ, in tertia ἐλεγκτικὸσ, erit etiam uera.

Quot sunt partes Enthymematis?

Due, antecedens & consequens, sed in his sepe inuersio fit, ueluti quando propositioni ratio subiungitur: Vitanda est ebrietas, quia breuis est comitialis morbus.

ὑπόμνημα tamen ἐνθυμηματικὰ ab Aristotele commendantur, quae nunc tacita enthymemata appellantur, ut Immortalem iram, cū sis mortalis, ne serua. Qui sibi non sapit, alteri non sapit.

Quid est inductio ἐπαγωγὴ?

Est argumentatio, per quam à singularibus ad uniuersalia progredimur. Hæc autem penè syllogismo est contraria. Nam per hunc ex thesi in hypothesis peruenimus plerunq; per illam autem ex hypothesis thesim elicimus. deinde est quoq; necessaria, ut ex qua $\omega\theta\lambda\acute{\nu}\psi\epsilon\iota\varsigma$ seu communes notiones sunt nate. Siquidem cum uisum erat Glycerizam Petro, Chunrado, Iohanni & alijs compluribus tussientibus profuisse, mox collectum est Glycerizam tussi mederi.

Quotuplex est inductio $\alpha\pi\alpha$

$\gamma\omega\gamma\acute{\alpha}$?

Triples, Dialectica, qua ex singularibus ad uniuersale ducimus, ut Memroth, tanetsi robustus erat uenator, miser erat, Miserè uixit Laban, neq; aliter Pharaones Aegyptiaci, Eodem modo Amalech, Madian, Abimelech, & non sunt exempla dissimilia, Ergo impiorum uita est misera. Adnotandum hic est, quod difficile sit omnia $\epsilon\pi\alpha\gamma\omega\gamma\epsilon\iota\varsigma$. Itaq; consilio Aristotelis singularium non est ignoranda similitudo, si quis probe inducturus esset. Sunt tamen phrases, quibus in alijs idem esse & fieri dicimus, quales sunt, Sic in alijs, sic de similibus, neq; dissimilia repperimur, nec quisquam est, qui non hoc pacto fecerit, & alie quæ pro re & loco accommodantur. Eit

tur. Fit autem quod interdum exigimus, ut aduersarius accersat diuersum, quod si non potest, statim asseueramus, sed id familiarius inter disputandum contingit. Sin autem diuersum ostenderit, tunc uitiosa erit inductio, ueluti si quis hoc modo induceret: Ambrosius, Chrysostrmus, Basilius, Gregorius Paphnutius, coelibes fuerunt, Igitur omnes Episcopi fuerunt coelibes. Hic contradicens aliud ostendit, Nam Apostoli quoq; pleriq; cum ueri erant Episcopi, teste Ignatio uxores habuerunt. Mariti quoq; fuerunt, Hermes, Spiridon, Hilarius, Tertullianus, & alij complures. Proinde non licet tam temere ἐπὶ τῶν γωγῶν.

Quæ est altera inductio?

Est oratoria, cum ex multis similibus uniuersale colligitur, ut Si domus administratur prudentia economi, Si politia expolitur per iustum magistratum, Si nauis regitur naucleri consilio, Si scholæ gubernatio prudentia pœdotribarum, & in alijs idem fieri uidemus, Ergo omnia in hoc mundo prudentia & consilio administrantur.

Quæ est tertia?

Socratica est, quæ fit multis interrogationibus, quæ cum concessæ fuerint, mox aliud huic simile in

fertur, super quo controuertitur. *Quæ sanè arguta
toribus aptius quadrat, quàm serijs disputationibus.*
Hanc autè Cicero de inuentione, & post eũ Laurèti
us Valla docet. Eius hoc est exemplum, loquitur So-
crates cum uxore Xenophontis : Dic mihi quæso
Xenophontis uxor, si uicina tua melius habet aurũ,
quam tu habes, utrum illius aurum, an tuum malis?
Illius inquit. Quid si uestem & cœterum ornamen-
tum muliebri prætij maioris habeat, quam tu habes
utrum ne tuum, an illius malis? Illius uero respon-
dit. Age inquit, si uirum illa meliorem habeat, quam
tu habes, utrum ne tuum, an illius malis? Hic muli-
er erubuit. Iterum Aspasia cum ipso Xenophon-
te sermonem instituit. Quæso, inquit, Xenophon,
si uicinus tuus meliorem equum habeat, quam tu
habet, tuum ne equum malis, an illius? Illius inquit.
Quod si fundum meliorem habeat, quam tu, utrum
tandem fundum habere malis? Illum inquit melio-
rem scilicet. Quid si uxorem meliorem habeat,
quam tu habes, utrum illius malis? Atq; hic Xe-
nophon quoq; ipse tacuit, post Aspasia, Quoniam
uterq; uestrũ, inquit, id mihi solũ non respõdit, quod
ego solũ audire uoluerã, egomet dicam quod uterq;
nostrũ cogitat. Nam et tu mulier optimũ uirũ habe-
re mauis, et tu Xenophon lectissimã uxorẽ habere
maxime

maxime uis. Eiusmodi exempla captiosa & arguta sunt multa in Dialogis Platonis, in quibus Socrates discipulos docet, cui peculiare sunt argumentationes ἐπαρησιαστικαί.

Quid est Exemplum παρὰ
δ'επιμυαί?

Est rei gestæ aut ueluti gestæ commemoratio ad nostram causam accomodata propter similitudinem. Adhibetur autem aut probandi, aut ornandi gratia. Id tamen non est adeo simplex, aut ex apolo-
gicis sumptum apologeticum, aut ex fabulis fabulosum, aut ex Dramate aliquo Dramaticum, aut ex historijs depromptum est, historicum uocatur. Quorum omnium extremum firmissimum, illa enim sæpe non tam probant, quam ornant. Primi est exemplum apud Horatium sat. 6. lib. 2. ser.

Rusticus urbanum murem mus paupere fertur
Accepisse cauo &c. Alterius est in epistolis.

Nos numero sumus & fruges consumere nati.
Et Cicero pro Pompeio fabulam Medæ cū uera historia Mitridatis confert.

Tertij est.

Telephus & Peleus cum pauper exul uterq;
Deponit fastus, & sesquipedalia uerba.

Ultimi est.

ex Demosthene. Atheniensem Cyrsilum consulentem contra honestatem, ut se Xerxi dederent, iure lapidibus obruerunt, Ergo in publicis consilijs honestas potissimum spectanda est. Cicero pro Pompeio Legati quod appellati erant superbius, Corinthum patres uestri totius Græciæ lumen extinctum esse uoluerunt, Vos cum regem inultum esse patiemini? qui legatum. P. R. consularem uinculis ac uerberibus atque omni supplicio excruciatum necauit. Illi libertatem ciuium Romanorum imminutam non tulerunt, uos uitam ereptam negligetis? Licet quoque sed $\chi\alpha\epsilon\tau' \epsilon\iota \sigma\alpha\gamma\omega\gamma\eta\mu$ multorum exemplorum congerie uim sententiæ alicuius colligere, ut supra in Inductione facta est mentio. Philoxemus maluit in latomias detrudi, quam Dionysij malum poema probare. Iure Attylas scriptorem cremauit, à quo per adulationem falsis laudibus ornatus erat. Alexander magnus cum historiam rerum suarum inter nauigandum legeret, in qua multa per adulationem conficta erant, librum descriptum in Oceanum proiecit, & authorẽ uerbis castigauit dicens, meruisse eum eandem poenam. Ergo non decet, sed etiam fraudi est adulari principibus. Item quot in Catachysmo saluati sunt? in toto terrarum orbe amplius octo mihi non dabis. Quot in ciuitate Sodomorum iusti inuenti sunt? certe non decem. Quot in terra promissio

missionis præstiterūt, quando ex Aegypto sexcenta millia fortium uirorum egressa sunt? tantum duo. Quot tempore Heliae à fide non desciuerunt? nimirum cunctus populus, præter Heliam & septem millia uirorum. Quot Tribus israelitæ deum sequebantur opt. Max: tantum duæ, cum reliquæ octo illum abnegarant. Quot in Syria est dominus dignatus? Non nisi Nahanum præfectum et uiduam Sareptanam, cum tamen multus ibi aderat populus. Quot fuerunt qui deum timebant, quando Tobiam persequerebantur? solus quippe Tobias. Quot Susis deū adorarūt? Solus Mardocheus. Quot inter Assyrios & Persas non erant Idololatæ, cum Daniel, Ananias & Azarias in istorum medio ueluti luminaria spondebant? Ergo paucus numerus est piorum, Ergo iam inde à principio mundi plures impij, quam piij fuerant, Ergo multi uocati, pauci uero electi, Ergo lata uia est in perditionem. Verum in his omnibus causa bonæ consequentiæ est ipsa similitudo.

Quot sunt Secundariæ argumentationes?

Quatuor, Sorites, Dilemma, Violatio, & Enumeratio. Si quis plures desiderat in Rhetoricis Trapezontium consulat.

Quid est Sorites?

N s Est

Est argumentatio, in qua ueluti in aceruam multe uoces necessario coherentes colliguntur. Nam hic prædicatum prædicati subiecto additur, ex primo sane secundum, ex secundo tertium, atq; ita deinceps infertur, ut tandem postremum cum primo coniungatur, à latinis dicitur coaceruatio, & Cicero Sorites coaceruales interpretatur. Nam σῶρος id sibi uult, quemadmodum Persius & Martialis meminerunt. Hæc autem ab Eubolide inuenta est, eandemq; Chrysippus quatuor libris expoliuit. Hic enim solitus erat per coaceruationem argumentari & gradatim interrogare. Statuerunt enim & ueteres, inter quos est Plato, Dialecticæ in interrogando & respondendo uersari. Ideo Erato Dialecticæ præficitur ἀπὸ τοῦ ἐργασθῆναι ἀποκρίνεται. Sumitur autem hæc argumentandi ratio, aut ex canone quodam antepredicamentali, aut si mauius ex causis contextis.

Da Exemplum.

Probaturus hominem esse substantiam κατὰ κλίμακα sic expedietur: Homo est animal, animal est corpus animatum, corpus animatum est corpus, corpus est substantia. Ergo homo est substantia. Item si quis ostensurus esset, bonum esse honestum ex Tusculanis quæstionibus Ciceronis:

Omne

Omne bonum laetabile est, Quod laetabile est, prædicandum, quod autem tale est, gloriosum, Si gloriosum, certe laudabile, Quod autem laudabile est honestum, Quod bonum igitur honestum est. Hic obseruandum est, non esse certum numerum propositionum, & nisi uoces necessario inter se cohererint, uitiosus erit Sorites, qualis hic est: *Lupanaria Solonis leges santuunt, Quod leges santuunt est licitum, quod licet est honestum, Ergo lupanaria habere est honestum.* Nam leges Solonis non ad omnes spectant, sed ad solos Atticos impios, neq; statim honestum est, quod interdum ad uitanda maiora incommoda, aut *ἀλλὰ τὸ πικρὸν καὶ ὀδυρόν*, pro loco, pro re, pro persona, tempore, legislatores concedunt, & aliquantulum inuitijs committunt, sicut Moses in iudaico diuortio fecit.

Quid est Dilemma?

Est argumentandi ratio, qua argumentum in duas diuiditur partes, & in utraq; concludimus ratione subiecta, Ea enim illi est natura, ut in ea utrum quis concesserit reprehendatur. Si quidem à *δύο* & *λαμβάνω* dicitur, quod utrimque aduersarium capiat, Quare iudicatur Syllogismus conuincens & constringens. Conducit quoq; ipsis oratoribus, apud quos dicitur cōplexio
ad per

ad perturbandos animi affectus, qui sic utriusque sepe
 tus non facile prospicit, quomodo se extricaret. Pen
 det autem ferè ex propositione hypothetica, uel con
 ditionali, uel disiunctiua.

Da exemplum.

Si improbus est, cur uteris?

Sin probus cur accusas?

Phædra in Hippolyto Senecæ,

Morere, si casta es uiro,

Si incesta amori.

Hic prorsus conuincitur, si casta est moriendum
 esse propter uirum. Nam propter castitatem, quan
 do non erat ab Hippolyto corrupta, mori destinabat,
 quod falso Hippolytum detulerat, sin adulterium
 commiserat, propter amorem in Hippolytum mori
 tur, utriusque sane hic Phædræ moriendum esse cõpro
 batur. Ad hunc modum et Alexander Magnus apud
 Curtium hortatur milites, ut ineant prælium, dilem
 mate id perficit: Aut magnitudo beluarum, aut multi
 tudo hostium uos deterret. Mox utraq; parte confu
 tata, colligit Indos non esse timendos. Ceterum apud
 Demosthenem et Isocratem utriusque partis longi
 ores περιβολας lector diligens facile animad
 uertet.

Quæ sunt optima dilemmata?

Quæ ex

Quæ ex contrarijs immediatis fiunt sicut Syllogismi disiunctiui, sed in his altera pars asseritur, in illis autem utraq; refellitur. Quæ ratione non ita bene Bias argumentatus est de non ducenda uxore hoc modo: Aut pulchram duces uxorem, aut deformem, Si pulchrâ, habebis $\kappa\omicron\upsilon\upsilon\acute{\nu}\mu$, sin deformē, $\pi\omicron\upsilon\upsilon\acute{\nu}\mu$, utrunq; non est bonum, Igitur uxor ducenda non est. Omitit ibidem imprudens Philosophus tertium inter ista duo disiuncta, cum inter pulcherrimam, & deformosissimam sit quædam forma media, quam Ennius nunc statam, nunc uxoriam uocauit, quæ nec tedio est marito, nec exposita omni concupiscentiæ. Obseruandum & hoc est sæpe $\pi\rho\acute{o}\lambda\omicron\sigma\iota\upsilon$ negligi, quam Dialecticus citra negotium supplet. Si pius est, habet uitam æternam, sin impius est iam damnatus. Christus apud Iohannem: Si male loquutus sum testare de malo, sin bene, cur me cedis?

Quid est Violatio?

Est argumentatio magis Rhetoricis, quam Dialecticis usitata & Græcis dicitur $\xi\iota\alpha\omicron\upsilon\pi$. Ea autem figura argumentamur & contendimus aduersariorum rationem pro nobis facere, Aut quando argumentum in aduersarium torquetur, quasi quis ab hoste telum missum arripiat & in ipsum conuertat, ut Non est ducenda uxor, quia excru-

tial ma

tiat maritos. Imo quia crucem aufert ducenda est? Non sunt iurisconsultis legendi oratores & poete, quia tantum lingue conducunt. Cum potius quod lingue profint, ab iisdem diligentissime peruoluendi sunt, si uere iurisconsultorum eloquentissimi, & eloquentium iurisconsultissimi non tantum haberi, sed & esse uelint. Breuiter est quoddam genus probationis reflexæ, cum ostendimus id nobis utile esse, quod aduersarij uolunt & contendunt.

Quid est Enumeratio?

Hæc est, aut quando omnes partes confutantur ita ut totum concedi nequeat, & uulgo dicitur argumentatio à sufficienti diuisione, qualis hæc est: Neq; censu, neq; uindicta, neq; testamento liber factus est, Ergo non est liber. Neq; metuit, neq; odio habuit, neq; aliquid commodi spectauit, neq; amicitia alicuius motus est, Igitur non occidit. His enim causis maleficium suscipitur, in illo quidem negatæ sunt omnes partes, in hijs uero affirmatæ. Cicero pro Milone: Valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fecit ultor iniuriæ, percitus dolore sui, quod si hæc non maiora fuerunt in Clodio, quam in Milone: sed in illo maxima, nulla in hoc. Quæ sane argumentatio in coniecturalibus causis plurimum ualet. Hic autem cauendum est
ne quid

ne quid omittatur quod in partitione admonuimus. Porro hæc quoque iudicatur, si quando una tantum confirmatur, reliquæ refelluntur, quæ forma syllogistica apta esse nequit, ut Seruus est neq; ex iure gentium, neque ex iure civili, Ergo ex natiuitate factus est. Fit autem hæc, qua pluribus expositis & confirmatis, una reliqua necessario colligitur. Quare constabit expositione, infirmatione, & conclusionem, ut Expeditio apud auctorem ad Herennium.

Quis est usus harum argumentationum?

Est ut inuenta argumenta ex locis in unam aliquam argumentandi formam reflectantur, atq; iuxta hanc, ueluti Gnomonem & rationem dijudicentur. Quod si posteriores non satis in officio fuerint, ad Syllogismum redigantur, tanquam ad primarium iudicem & non pedaneum. Is enim ad uiuum, tam quæ à nobis, quam quæ ab alijs inuenta sunt, refecabit. Quare in auctoribus sacris uel prophanis subinde argumenta his formis pensculanda sunt, ut pro certo habeatur, ne necessario ne, an uerisimiliter res confirmata fuerit. Nam prorsus id sentiendum est, ut in confirmatione
cuiuslibet


cuiuslibet rei nihil sit ἀσυλλόγισον. Itaq; diligenter Dialecticæ probationes, hoc est, probabiles à demonstratiuis, hoc est, certis & necessarijs distinguende sunt. Quod consilium, si quis sequutus fuerit, magnum iudicium etiam in grauissimis autoribus sibi comparabit.

Sequitur figura de ratione dissoluedi argumenta.

LIBER TER

TIVS DE CONFVTA
TIONE SEV DILVTI
one argumentorum.

Quid est confutatio argu-
mentorum?



ST uia iudicandi fal-
sa argumenta. Mos
enim Dialecticorum
est, ut non sicut antea
confirmant, sed etiam
que contraria sunt,
tanquam falsa & uiti-
osa cōfutant. Siquidem

non pauci Dialecticem ad confutandum aduersarium
conferre aiunt. Is enim aduersarius, quemadmodum
fit in scholasticis quoque certaminibus, omnia uel ipsa
oracula ex tripode dicta in dubium uocat, multisque
argumentorum sagittis, arietibus, & tormentis im-
pugnat. Iam uero eius est, qui diuersa tuetur, ista te-
la constantissime propulsare, ne comprehensus &
uictus succumbat, ne turpiter causa cadere cogatur,
ne sit

ne sit ἰχάρομα δ' ἐ τοῖς ἄλλοισιν ἐλεγχέειν ἢ σοῖς
 ἐν τῷ. Id autem efficiet, si quæ confirmata sint dis-
 soluerit, ut postremo certum ἔ ἀμετάπτωτον
 colligatur, quod à uero non abhorret, cuius inquiren-
 di magistra est Dialectica, adeoq; eiusdem dijudican-
 di regula, ut ne ipsos imitemur, qui solent nihil de
 aliquare pronunciare, sed semper ambigere ἔ ἐ-
 π'έχειν. Valeant ἐφευτικοί, qui nihil definiūt ἔ
 de rebus ita disputant, ut nihil certi statuunt, ualeant
 ἔ σκεπτικοί, qui semper querunt, ἔ quæ sita
 non inueniunt, etiam in grauissimis rerum sacrarum
 causis. Valeant et ἀποκριτικοί, qui semper addubi-
 tant, neq; quicquàm assēuerant, nobis uero post mul-
 tam disputationem pleraq;, pro rei conditione ἔ na-
 tura, sic statuenda sunt, ut auditor seu lector certas
 et solidas probationes rerum propositarum imis sen-
 sibus reponat, ἔ ne fluctibus opinionum deniq; ob-
 ruatur. Cæterum ut hoc expediatur, rationem dissol-
 uendi argumenta tenere oportet. Nam ut non satis
 alicui nodos connectere, nisi ἔ eosdem explicare
 poterit, ἔ ut non sufficit imperatori mœnia testus-
 dine facta, uincis subductis, aggere admunitiones ad-
 iecto, oppugnare, nisi ἔ eadem machinamenta belli-
 ca arcere calluerit, ne qua uis mœnibus fiat, Ita non
 erit contentus fastidiosus adolescens argumenta criti-
 cere, eruta disponere, disposita in publicum proferre
 nisi eos

nisi eorundem dissoluendorum rationem tenuerit.
 Sit igitur disputans seu aduersarius tanquam Midas
 qui inexplicabilibus nodis currum connexum in tem-
 plo reposuit, is uero qui diuersa defendit, Alexander
 magnus, qui statim uincula soluit & explicat.

Quotuplex est confutatio?

Duplex, Personalis & realis. Personalis ut qua
 homini seu personæ tantum respõdetur. Realis qua
 rei, diligenter enim prospiciendum est, ne rebus ne-
 glectis, personæ tantum ratio habeatur, siquidem nõ
 tam persona, quàm ipsa doctrina attendenda est.

Quot modis fit solutio personalis?

Tribus, eleuando, reuerendo & digrediendo.

Quomodo eleuamus?

Eleuamus autem bisariam, aut *διεστυμῶν*, uel *ἐξ
 ὀδυσσεύων*, cum distrahimus annihilamus, irride-
 mus aduersariorum dicta. Quo loco Socraticos ad-
 gunt diluentes, quibus familiare est, τὸ εἰρωνίσειν,
 qui sua ἐπιὸ δὴ ἑῶν quælibet naso suspendunt, quæ
 tamen omnibus partibus seruanda essent. Quare
 cauebit sibi ueritatis studiosus, ne irretitus capiatur.

Da exemplum.

Cicero: Quid adhæc Neuius ridet? scia-
 licet nostram amentiam, qui in uita sua
 ratio

rationem summi officij desideremus, & instituta bonorum uirorum requiramus. Idem pro Cecinna: Eieci ego te armatis hominibus, non deieci, ut tantum facinus, non in æquitate iuris, sed in una litera latuisse uideatur. Idem pro Murena in Sulpitium de iure civili facit. Hic eluditur tanquam esse indignum & intempestiuum, de quo uerba fiant.

Aut ὑπὸ ὀργῆς eleuamus, quando gestu & pronunciatione aduersarios abijcimus & spernimus, ut Menalcas Virgilianus: Cantando tu illum & haud unquam tibi fistula cera iuncta fuit.

Quot modis regerimus?

Duobus, Primo ἐπιπλήξει, seu ἐπιτιμῶσει, cum ostendimus non decere aduersarium nobis hoc obijcere. Dametas: Parcius ista uiris tamen obijcenda memento. Fit quoq; quando conuitium conuictijs rependitur. Sicut Menalcas Virgil. Dametæ obijcit furtum lactis, absente hero. Regerit hic obscenitatem Cynicam nescio quam, mox hic illi exprobrat iniuriam seu maleficiū, quod nouellas uites falce inciderat contra duodecim tabulas. Rependitur uicissim quod caprum furatus sit. Secundo ἀντεταξωζῶν, cum reponimus rem siue parem siue grauiorem, ut Dametas:

Dic quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo
Tres pateat cœli spatium non amplius ulnās.
Rege

Regerit Menalcas :

Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores, & Phyllida solus habeto.

Quot modis digredimur?

Duobus, Nunc $\pi\alpha\rho\epsilon\kappa\theta\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota$ seu excursu disputantem à scopo abducimus, ut alijs occupatus propositi obliuiscatur, attamen id dilutum esse apparet, ut Cicero pro Caelio, cum nihil responderat, quod domi uenenum erat paratum, eiusq; uitium in seruo reperiatur, mox digreditur ad Q. Metelli mortem, & seruum ueneno sublatum fuisse per scelus Clodij subiicit. Quam sane formam digrediendi & in ipso Demosthene Aeschines notauit. Nunc fit $\alpha\pi\omicron\pi\lambda\epsilon\nu\eta\sigma\epsilon\iota$ id est deductione, cum disputantem, uel iudicem à re nobis contraria deducimus, promittimusq; nos dicturos, sed suo loco, atq; sic sensim trāsimus, ut auditor ab eo, quod contra nos est auocetur, sicut Cicero pro Cluentio. Quæ ratione tenebras se effudisse iactauit iudicibus Cluentianis: Intelligunt (inquit) me nihil nec subterfugere uoluisse reticendo, nec obscurare dicendo. Ego me iudices ad eam causam accedere, quæ iam per annos octo & c. Quæ dilutio personalis in quottidiano congressu etiam scholastico usitatissima est, quare neuiquam secure est posthabenda.

Quid est realis dissolutio?

Quæ rebus respondet, quæ obseruat aut propo-
situm falsum, aut ἀναικολουδία esse. Sæpe enim col-
ligitur id consequi ex antecedentibus, cum interim
nobis oscitantibus non parum imponitur. Quare id
genus fallacias Dialectici certo numero excogita-
runt.

Quibus nominibus appellan-
tur fallaciæ?

Modo πᾶραλογισμοί, & sunt subditæ argu-
mentationes, ut est in numeris falsa supputatio, quæ
tamen à specie ueritatis non est adeo aliena. Nam
πᾶραλογίζεσθαι est, uti falsa argumentatione,
seu falsis rationibus decipere. Est quoq; falsa suppu-
tare, & qui id ipsum usurpat πᾶραλογιστὴς erit
seu πᾶραλογισόμενος, ut apud Homerum Prothe-
us ἀποτροπέω. Modo dicuntur sophismata, frau-
des & commenta ex composito ordinata. Multis e-
nim commune τεχνέειν aut τεχνῆσθαι, hoc est
dolosè suis inuentis circumuenire, quod est σοφίζει-
σθαι. Inde Sophistæ dicti sunt calūniatores, & pla-
ni, qui uliro & uolentes calūniam struunt, & ca-
uillantur, & si ex Philostrato & Victorino constat
olim honestum fuisse uocabulum, sed propter prauos
mores nominis quoq; dignitas, est conuersa auctore
Plutarcho

Plutarcho. Modo ἐλέγχοι, hoc est redargutiones, quibus in iudicijs aduersarios conuincimus, cum sit uocabulum iudiciale. Sophistici autem Elenchi ideo nominantur, quod his notis ipsos cauillatores redarguimus, quo istorum dolus & fraus patefiat. Aduersarij enim solent πειραλογίσειν id est subdole argumentari, nostrum autem est ἐλέγχειν id est deprehendere & dissoluere calūnias. Modo loci sunt seu modi Sophistici, utrumq; enim est apud Aristotelem, τόποι & τρόποι. Hi enim admonent, quid in nostra confirmatione uitandum, & quid in aduersariorum obseruandum sit. Modo imposturae appellantur, quod imponant alicui, qui prima quidem fronte uerissima esse arbitratur, sed in recessu falsissima sunt.

Quotuplex est solutio realis?

Duplex, generalis et specialis. Generalis est, quæ summa capita fallaciarum complectitur. Aristoteles autem tria statuit, materiam, formam, et utrumq; ut in materia: Omnis qui plurimum gloriæ cupidus est, stultus est, Vir fortis est plurimum gloriæ cupidus, Ergo uir fortis stultus est. Item indiuidua uita inter masculos & fœminas est matrimonium, Phœdriæ cū Thaidæ est ea uita, Ergo inter illos est matrimonium,

Hic utrobique in finitione aberratum est, & imponitur. Sed in forma erratur, quoties Canones superiores syllogismorum negliguntur, hoc est quando non in certa figura & modo compinguntur, ut Omnis seruus in potestate est, Filius familias in potestate est, Ergo filius familias est seruus. Impositura fit, quia in modum secundæ figuræ concludi nequit. At in utroque error est, ut Omnis homo est animal bipes Gallus est animal bipes, Ergo Gallus est homo. Materia hic mala est propter ineptam definitionem hominis, neque modus est, qui huic responderet, etiam si medijs termini dispositio quadraret in tertia figura.

Quot modis fiunt speciales rerum dilutiones, quæ ex generalibus tanquam ex fonte deriuatæ sunt?

Quinq; Parallogismis, Locis, argumentationibus, obiectionibus, & figuris quibusdam captiosis.

Quotuplex est parallogismus seu τρόπος τοῦ ἐλέγχειν?

Duplex, aut in dictione, aut extra dictionem. Verum dictionis uocabulo non tantum simplicia uocabula capimus, sed etiam coniuncta, quæ phrasæ dicuntur. Vtrumque enim exigit & Latinis dictio, & Græcis

Græcis λέξις. Igitur fallaciæ seu paralogismi in dictione sunt, quando ex genere sermonis uitium oritur, & sunt quinque, æquiuocatio, amphibolia, compositio & diuisio, accentus, figura dictionis.

Quid est Aequiuocatio seu homonymia?

Quando in singularum uocum ambiguitate uitium est, ut Quicquid bibit, habet os, Pratum bibit Ergo pratum habet os. Omnis Christianus est liber, Onesimus seruus Philemonis est Christianus, Ergo seruus est liber. Hic quis fallitur in uocabulis, quæ sunt bibere & liber, quare diluente distinctione opus est, ut passim adsit nominis finitio, quæ omnem ambiguitatem tollit. Itaque uerissimum est, quod Aristoteles ait, hos, qui uocum uim non tenent, perinde decipi, ut falluntur in computando imperiti Arithmetices, seu logistices, hæc enim sunt uerba eius: ὡς περ κακοὶ οἱ μὴ δεινοὶ τὰς ψήφους φέρειν, ὑπὸ τῶν ἐπισκμόνων παρακρούοντα, τὸν αὐτὸν τρόπον, Ἐπὶ τῶν λόγων οἱ τῶν ὀνομάτων τῆσ δυνάμεισ, ἅπειροσ παραλογίζονται, Ἐαυτοὶ, διαλεγόμενοι, καὶ ἄλλων ἄκροντες.

Quid est Amphibolia, seu ἀμφίβολοσ?

Est dictum dubium, quod *structuræ* fit uitio, quia utrò uerbum referendum sit, dubitatur. Qualis hæc est: Aio te *Acacida* Romanos uincere posse, Ergo *Pyrrus* Romanos uincet. Est autem *figura*, quæ uitio compositionis fit, cum sententia in ambiguo posita sit, sicut proxima singulis uerbis, ita hæc coniunctis fieri potissimum solet: Cuiuslibet Christiani est iudicium, Ergo quilibet Christianus est iudex. Decipit hic dialectos *Hebraica*, cum facere iudicium sit se ipsum condemnare, & non pro tribunali res forenses tractare. Item *Zoilus* iniuste criminatur, Ergo iure de rupe præcipitatus est. Hic, criminatur, insidias struit aduersario. Nam nemo pro certo habet, ipse ne ab alio, an ipse alium criminetur, cum τὸ ἀμφιβάλλεσθαι omnibus uerbis cõnibus propriū esse potest, quod tamen pueri cauebūt aut termini adiectiõe, aut oratiõis mutatione, sic enim ἀμφιβάλλοι explicatur. Expeditius tamen id ipsum quis perficeret si tropos, phrasas, & idiomata in quibus cunq; literis probè teneret. Huc enim nõ tantū allegorie, sed etiã omnia schemata, quibus fallimur, referuntur. Itaq; in dilutione & eadẽ dijudicanda essent.

Quid est compositio σύνθεσις?

Est adiectio alicuius, quod sequentibus accomodandum est, aut præcedentibus. Proprie tamen fit, quando

quando fit scripturæ distinctione impostura. Nam ea quæ punctis male distincta sunt, non tantum constructionem perturbant, sed rem totam penitus obscurant, ut Quicumq; scit literas, nunc didicit illas. Grammaticæ peritus scit literas, Ergo grammaticæ peritus nunc didicit illas. Hic quando aduerbium nunc posteriori commati attribuitur, talis conficitur paralogismus, sed quando priori, non item. Diuisio autem illi contraria est, nam ut illa contorquemus, quæ non eodem spectant, ita hac seiungimus, quæ necessario apponenda essent. Versatur autem in periodi partibus: Quæcunq; sunt duo & tria, sunt paria & imparia, Quinq; sunt duo & tria, Ergo quinq; sunt paria & imparia. Quas captiones *Διὰ λέξεω* peritus facile iudicabit. Nam in his sepe diuisam propositionem ueram esse, & compositam falsam, & e contra, cognoscet.

Falsus ne utriusq; usus pateat?

Patet quidem nonnullorum sententia, quando ad authorum sententias referuntur, quæ subinde per sophistas non integre sed truncate citantur, uel in grauissimis causis. Modo enim detrahunt, modo addunt, ut eam pro se torqueant, adeo ut earundem sicut & legum contortores, imo euersores sint, quemadmodum à Cabalisticis et hodie à magno Theologastrorum numero

numero fieri solet, quoties $\sigma\upsilon\upsilon\epsilon\pi\epsilon\iota\alpha$ negligunt, & centones hinc atq; illinc suffurantur, quæ nihil faciunt $\pi\epsilon\sigma\sigma\ \epsilon\pi\sigma\sigma$, excepto quod genuinum sensum non habeant, qui prorsus intercidit, quoties series orationis $\pi\epsilon\pi\iota\omicron\delta\iota\kappa\omega\sigma$ non seruetur & æconomia non attenditur.

Quomodo accentus imponit?

In singulis uocibus. Nunc tempore: Quod malū, fugiendum est, Pomum malum est, Ergo pomum fugiendum est. Hic peccatum est in dictione malum cuius prior syllaba in maiore breuis est, sed in minore eadem longa. Itaq; illic acutus tonus, hic uero circumflexus est. Pronunciatione quoq; longitudo cum breuitate unius syllabæ confunditur, cum illic dimidium temporis, hic totum seruetur. Nunc in orthographia, ut Quicūq; ad arā fugit, liber est, Eumæus ad arā fugit, Ergo Eumæus liber est. In propositione $\psi\epsilon\lambda\eta$, in assumptione $\delta\lambda\alpha\sigma\epsilon\iota\alpha$ est. Vel in pronunciatione, aut eius partibus. Vergil. Atq; idem iungat uulpes & mulgeat hircos, Ergo hirci mulgēdi sunt & uulpes currui iungendæ. Fallitur quis hic $\epsilon\epsilon\sigma\upsilon\sigma\ \mu\omega$. In secundo psalmo: Dirumpamus uincula eorū & proijciamus à nobis funes ipsorum, Ergo regnum Christi repudiandum est, excutiendum est eorum imperium, qui Christum prædicant. *Cauillatio hic ma*

hic mala est mimesis, sic enim loquuntur Antichristi in sua synodo conspirantes contra Christum. Item Saluator noster iam capiendus ad apostolos ait: Dormite & quiescite, Ergo apostolos & eorum successores ocium decet. Cum tamen hic Ironia acerbissima sit. Illos autem iussit ire in mundum, hoc est mundanos homines, quorum princeps est Sathan, ut Euangelium uniuersae creaturae predicarent, & non ignauissimo ocio torpescerent. Obseruanda igitur hic est pronunciandi ratio, si sermo fuerit, aut in dignitate, aut demonstratione, aut narratione, aut iocatione, aut contentione, aut amplificatione, ne subito simpliciter quis dictum acciperet, quod tamen figuris uariat.

Quomodo figura dictionis decipit?

Aut digressionem ab uno predicamento in aliud ut Quicquid emisisti, comedisti, Crudum emisisti, Ergo crudum comedisti. Hic in maiore, quicquid essentiam in minore crudum qualitatem indicat. Aut similitudine uocis seu phraseos, ut in Euangelio est: Non exibit, donec ultimum quadrantem soluerit, Ergo nullus purgatorio reuertetur, nisi probe a sordibus peccatorum defecatus fuerit, aduerbium donec mo re hebraico, non conditionem, sed perpetuum, non tam

non tantum hic sed in multis locis significat, quare imperiti linguarum facile falluntur. Ad Corinthios: Ignis probabit omnia, Ergo in purgatorio fit operum iudicium et examen, uelut Lydio lapide. Vocabulum ignis improuidis auditoribus imponit, more enim prophetico Paulus hac uoce usus est, sicut et diei. Item apud Mathæum est: Qui dixerit uerbum aduersus spiritum sanctum non remittetur ei, neque in presenti neque in futuro seculo, Ergo in futuro seculo erit locus ueniæ, quo peccata adhuc remittuntur, qui purgatorij uoce hodie profertur, fallit rursus hic phrasis, quæ tamen Marcus planius expressit his uerbis: Qui conuicium dixerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed obnoxius erit æterno iudicio. Huiusmodi exempla infinita sunt, si quis recensere uelit, mirum est, quàm in sacrosancta religione figura dictionis seu διαλεκτικῶν dominetur multosque errores pariat, quare diligenter hi paralogismi in disputationibus adnotandi sunt, qui sub ambiguo comprehendi possunt. Cum propter id in plerisque quatuor inueniantur termini contra naturam syllogismi.

Quid est paralogismus extra dictionem?

Est, qui fit in mala rerum coherencia et consequitione. Multa enim sunt, quæ tanquam membra dissimilia coniuntur

coniungi natura abnegat. Tamen ne quis decipiatur si quando eiusmodi acciderent, caute prospiciendum est. Sunt autem huius formæ septem, Accidens τὰ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκός, Secundum quid ad id quod simpliciter, Nugatio seu petitio principij, Consequens τὰ ἀπὸ τοῦ ἐπιμένοιο, Secundum non causam ut causam, Ignoratio Elenchi, plures interrogationes.

Quid est paralogismus accidentis?

Est coniunctio diuersorum in uno subiecto, tribuitur enim idem essentia & accidenti: Quicquid ego sum, tu non es, Ego sum homo, ergo tu non es homo. Hic uerbum subsistendi in maiore qualitate, in minore ὁμοίως signat, illic est prædicatio accidentalis, hic autem essentialis. Vulcanus claudicat, & ingeniosus est, Ergo ingenium eius claudicat. Hic connechtuntur diuersa, alterum enim corporis est, alterum animi. Neq; dissimile hoc est: Qui se mentiri dicit, uerum dicit, Ergo qui mentitur, uerum dicit.

Quomodo fit paralogismus à dicto secundum quid ad quod simpliciter τὰ ἀπὸ τοῦ ἀπλῶς ἢ μὴ ἀπλῶς?

Fit quoties simpliciter ea inseruntur, quæ λόγῃ aliæ sunt

Sunt circumstantijs, Nam id dicitur secundum quid cui adsunt circumstantiæ, ut fit in Thesibus finitis. Simpliciter uero quãdo eadem sublatae sunt, ut Adulterã uxorem licet dimittere, Ergo uxor dimittenda est. Et e contra negatiue, Nullam uxorem dimittere licet, Ergo neq; adulteram. Observantur autem hic tres potissimum circumstantiæ, locus, tempus, & ad aliquid, hoc est, secundum partem alicuius totius quæ intra se & reliquas continet $\pi\alpha\rho\iota\varsigma\acute{\alpha}\sigma\epsilon\iota\varsigma$, ut Improbus est orator Aeschines, Ergo rhetorica est uituperanda. Tribunianus quando iura numis uendiderat, malus erat, Ergo iurisprudencia est mala, sic falso ex particulari, aut etiam ex singulari uniuersale, sic ex parte totum colligitur.

Quid est petitio principij $\pi\alpha\rho\alpha\ \tau\omicron\ \epsilon\nu\ \acute{\alpha}\rho\chi\eta\ \lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota\mu\epsilon$

Est una aliqua probatio rei incertæ pro incerta quæ tamen pro confesso sumuntur. Fit autem quatuor modis, Primo quando ratiocinatio $\acute{\alpha}\sigma\upsilon\lambda\lambda\omicron\zeta\iota\varsigma\omega\sigma$ conficitur, quæ ferè ex Tautologia pendet ut Omnis delator ex aula proscribendus est, Cucullio est delator, Ergo omnis delator est proscribendus. Virtus quidem est eandem sententiam alijs uerbis posse commutare, ut fit in expolitione, sed ad confirmationem non tantum facit. Secundo fit quando igno-

do ignotum per ignotum cōprobat, ut In purgatorio remittuntur peccata mortuis, Ergo sacrificiū dū est pro mortuis. Tertio quādo tanq̄ confessum & notū pro argumento capitur, cū adhuc in controuersia sit, ut Anabaptistæ spiritū habent omniū rerū magistrum, Ergo non est ut Euangelium audiant, & id sequantur. Quarto cū posterius probat id, quod prius est ordine præpostero. Sæpe enim fit, quod probatur ut sit certius, quā quod probat, ut Infantes fidē habent, Ergo baptisandi sunt. Consequens est maxime certum, quod inde à prima ecclesia Christiana baptisati sunt. Ergo fidem habent, quæ istis una cū spiritu sancto donatur, atq; eorum esse regnum cœlorum à Christo dictum est. Fit etiam quoties controuersia cōtrouersia, litem lite, ut Horatius inquit, æmignate ænigma soluimus.

Quid est fallacia consequentis?

Cum consequens falsò ex antecedente colligitur quod absq; dubio ex ui & natura locorum apprehenditur. Ideo non temere καὶ ὁμοιοί καὶ ἄλλοι subiecti sunt, quorum ductum, si quis sequutus fuerit malam consequentiam cito animaduertet, ueluti à genere ad speciem affirmatiue captio est: Arbor est ergo taxus. Rursus à specie negatiue: Taxus nō est, Ergo arbor non est. Ex cōiungentibus: Vult sua esse

pauperibus communia, ergo est anabaptista. Hic ue-
risimile pro necessario ponitur. Sic ex uiciosa indu-
ctione: Aliquot Hispani, aut Poloni fures sunt, Ergo
omnes tales sunt. Sic percurrendum est per omnes lo-
cos & argumentationes, de quibus postea.

Quid est secundum non causam
ut causam $\pi\alpha\rho\alpha\ \tau\acute{o}\ \mu\grave{\eta}\ \acute{\alpha}\tau\tau\grave{\iota}$
 $\sigma\upsilon\ \acute{\omega}\varsigma\ \acute{\alpha}\tau\tau\iota\omicron\upsilon\varsigma$

Est quando alicuius causa affertur, quæ impar est
rei confirmandæ, ut necessarium sit, quod sequatur,
ut Sol & luna sunt in diametro, Ergo est luna deli-
quium. Quæ causa non est satis apta, alioqui singu-
lis Neomenijs eadem deficeret, debent esse aut in Ca-
tabibazonte, aut Anabibazonte. Item multi sacrifi-
ci sunt mali, Ergo sacrificium malum est, quasi im-
probitas ministrorum rebus sacris quicquam detra-
heret, sicut Viclephus somniauit. Item uinosi dam-
nantur, Ergo uinum malum est. Quid multis: con-
sistit maxime in rationibus uanis & infirmis, quæ ex
locis causarum & effectuum, etiam aliquando signo-
rum petuntur.

Explica plures interrogationes
 $\pi\alpha\rho\alpha\ \tau\acute{o}\ \tau\acute{\alpha}\ \delta\ \acute{\upsilon}\acute{o}\ \epsilon\rho\omega\tau\eta\mu\alpha\tau\alpha$
 $\epsilon\upsilon\ \pi\omicron\iota\epsilon\iota\mu$.

Hiclo

Hic locus sophisticus magis competit in quotidiano congressu, quam in disputationibus serijs, fit enim cum respondentem solum facimus, qui aut imprudentia sua aut inscitia unum interrogari arbitratur, cum tamen plura sint rogata. Nam hic fallimus, cum plura de uno, aut unum de pluribus interrogamus. Veluti si quis, neque omnino bona, neque omnino mala, demonstrauerit, & interrogauerit, sint ne hæc bona an mala, utrumuis quis ad rogatum responderit, fallitur. Hic tantum mediocris prudentia adhibenda est qua cauemus, una ne an pluribus responsionibus opus sit. Proinde hic paralogismus in interrogatione & responsione consistit, quemadmodum iuxta Platonem tota logica. Sunt qui referunt ad tapinosin rerum pernitiosarum, quæ studiose annihilantur, aut subtrahuntur, & ad auxesim, quæ quæ optima sunt exaggerantur & extolluntur, quod tamen uix Aristotelem refert, etiamsi non inutile sit, id quam diligentissime cauere, ne qua ratione aduersarius elabatur.

Quid est ignoratio elenchi

παρά τὸ ἐλέγχου
ἄγνοια;

Alijs est ignoratio probationum, quæ firmæ et illæ besectabiles sunt. Alijs est ueluti nidus aliarum fallaciarum, quibus in alijs superioribus non erat locus. Sed

Aristoteles iuxta certos limites constituit, aut κατὰ τὸ αὐτὸ, secundum idem, ut hastile est duplum longitudinis interuallo, latitudinis autem non est duplum, Ergo hastile est duplum & non duplum. Sic dicimus oculum nigrum & album esse, non secundum idem, sed secundum diuersas partes. Aut πρὸς τὸ αὐτὸ ad idem, ut Vicenarius numerus ad denarium est duplus, sed ad octonarium non est duplus Ergo uicenarius est duplus & non duplus. Aut ὡς αὐτῶσιν simpliciter, ut cognosco Socratem, & non cognosco. Aut ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ eodem tempore, ut Iohannem stantem uidi, & sedentem uidi, Ergo Iohannes stat & sedet. Id autem attenditur in sola contradictione conclusionis, quæ solum apparet, cum re uera nulla sit. Nam contradictio fieri debet eiusdem respectu, & eodem tempore. Item Astyanax filius Hectoris est, & non est filius Priami, Ergo Astyanax est filius, & non est filius, Respondetur hic habendam esse rationem diuersorum, non eiusdem, sed πρὸς τὸ αὐτὸ.

Quomodo fit specialis rerum diu-
lutio ex singulis locis?

Ex definitione nominis, aut κατὰ λέξιν, ut Nathan propheta Dauidem regē, et Abrahamā angelos, et Nabuchodonosor Danielem adorauit, Ergo diu- sunt inuocādi. Fallacia est in uocabulo adorare, quod

non est inuocare, sed more Persarum prostrato corpore uenerari, aut apud nostros altero genu flexo, seu aperto capite honorare. Aut κατ' ἑτυμολογίαν, quando hæc non habet iustam uim definitionis ut Tabutis conclusū est ædificium, Ergo taberna. Inter duos dictum, ergo interdictum. Ipse monstrat ergo magister est. Rationem subdes tabernam dici etiam si cōclusa fuerit parietibus, aut lateritijs, aut lapideis, aut tæmentitijs, aut testaceis, aut craticeis, ideo Ulpianus tabernæ inquit appellatio declarat omne utile ad habitandū ædificiū, non ex eo quod tabulis claudatur. Deinde neq; ab allusione, quæ in etymologia dominatur, ualet argumentū semper, ut Furtum est, Ergo furtū est. Sacra cella, Ergo sacellū est. Ea est efficax, quæ uicē definitionis supplet, quā alij κατ' ἀντιλήξιν ueteres aduerbiū non etimologiam nominarūt, ut Actionis est exclusio, Ergo est exceptio. Doni datio est, Ergo donatio. Instruit causam, igitur instrumentū. Fert, id est cōtrectat rem alienā, igitur fur est. Nam è græco uocabulo φῶγες φέγειν deducitur, id est ferre, hoc est fraudulēter rē aliquā cōtrectare. Postea à uera Etymologia argumentū affirmatiue ductū nō ualet, ut De meo fit tuū Ergo est mutuū. Siquidē semper fusius patet deducēdū, quam deductū, uel unde fit deductio, quemadmodum genus fusius patet sua specie, neq; statim species est

es est, de qua agitur, etiam posita generis parte: Postremo consequuntur argumenta, etiam si deriuatio potius fieret ab eo, quod de substantia presentis sit, ut Augusti sunt, etiam si imperium non augeant. Pontifices sunt, etiam si nobis pontem ad æternam uitam non facerent. Nuptiæ sunt etiam si non obnubilentur in presentia mulierum capita. Eleuantur quoque etymologiæ non aliter ac autoritas, de qua postea. Nam ab hac sumunt robur & uirtutem ipsa etyma, in quibus sæpe ludunt & luduntur doctissimi quique, ut ex Varrone: Eruit terram, Ergo aratrum. Cum potius ab aratu, seu græco ἀργαργόν deducatur. Item Ouillo pecori est agnatus, ergo est agnus. Cum sit ab ἄγνος, id est, purus & sacrificio aptus. Item Gregatim uolant, ergo sunt graculi, aut eruunt semina segetum iacta, ergo sunt graculi. Cum potius sit ὄνομαστοποιία. Item Minus habet, ergo est mendicus. Cum sit primitiuum, non deriuatiuum, nam & pauperes minus habent, non tamen mendici sunt, neque hic est nominis allusio. Sic in differentiis uocabulorum, in metaphoris seu tropis, in exemplis non semel peccatur, quod tamen grammaticæ modicè peritus iudicabit.

Dilue ex definitione rei.

Confutando ostendimus deesse, aut uerum genus, aut proprium, aut ueram differentiam, aut in summa
à legibus

à legibus definiendi aberratum esse, ut Pharisei nō stuprauerunt nuptam, Ergo non sunt adulteri. Definitio adulterorum mala est, quia adulter nō tantum est, qui cum nupta rem habuit, sed etiam qui aliquādo affectauit. Sic furem dicimus κατὰ τὴν προπράδα, id est ab affectu, quam Triphonius iuriconsultus animi propositionem nominauit: Hunc inquit, qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxit, qui nunquam alienam matrem familiam corrupserit, si modo eius mentis sit, ut occasione data id commissurus sit, tamen oportet hæc eadem crimina assumpto actu intelligi. Quare Christus sic ait: Qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Proinde sub adulterio non solum stupriam, seu concubitum illicitum cum nupta, sed etiam ipsam affectionem capiemus. Eodem modo fugitiuum dicimus, & qui iniuit consiliū fugiendi, & qui fugam affectauit, licet eam non arripuerit. Sic homicidij affectatorem homicidam nominamus, Christi etiam testimonio. Item Marcipores, & Lucipores sunt homonymi, Ergo sunt gentiles. Hic erratur, quia iuxta Ciceronem gentiles sunt, qui eodem inter se nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Quare iuxta eiusdem definitionem male scribitur à Plinio libro 33. cap. 1. Singuli Marcipores Luciporesue.

dominorum gentiles uictum in promiscuo habebant, nisi quis etiam oriundos à seruis postea gentiles esse dictos contenderet. Nomen autem habent à gente ex qua familie nascuntur, ut ex gente Domitia duæ familie claruerunt.

Diffolue ex genere.

Aut quando non suum speciei seu definito genus tribuitur, ueluti cum non sit petitum ex eadem classe rerū, ex qua ipsum definitū, ut Aes est nummus ad cōtractum rerum promercalium. Falsum est, quia metallum est ita in ordine substantiæ, ut æs, nisi quis σὺν πρὸς ὁλοχικῶς, pro qualibet pecunia more ueterum acciperet, unde est ἀχάλκειν in Hermodoti dogmate pro carere pecunia, siquidem pecunia olim ære cudebatur, quomodo postea argentum dixerunt, & ex argentare apud Ciceronem, pro in pecuniam redigere, quod Græci ἐφαργυρῆσαι dicunt. Tunc autem in quantitate erit, sicut & nūmus. Aut quando pro genere proprio capitur proximum, seu cognatum, quod genus, ut Via est linea, qua uehiculum dicitur. Cum potius sit superficies seu spaciū ampliū lege duodecim tabularum, in porrecto octo pedum, in anfractu sedecim, eius uero dimidium iurisconsultis est actus. Sed Seruio Grammatico uia est, qua iret uehiculum, actus quo duo propter occursum euntis
 um &

um & uenientium. Itaq; actus bis tanto maior est, quam ipsa uia. Caterum si etymologis creditur, actus erit ubi ius est agendi iumentum, uidelicet ab agendo. Aut fit præcipue quãdo subdemus probationem speciei à genere, quæ infirma est, ut Malus est, Ergo mendax. Arbor est, Ergo platanus. Iusticia est, ergo lex est. Quum non necesse sit, ut quis protinus mendacij obnoxius sit, etiamsi improbus fuerit, neq; statim uim legis senties, etiamsi iusticia floruerit.

Dilue à specie.

Quando confutamus genus, indicabimus autem confutationem generis per speciem non ita ualere, ut Astræa seu iusticia ad superos uolauit, & non uersatur apud homines, Ergo & ipsa honestas. Item fur non est, igitur non est malus. Cum tamen genus maneat utrobiq; etiamsi una, aut altera species sublata fuerit, hoc est, honestas & malitia suum retinebunt locum, etiamsi ne mica quidem uel iusticie, uel furti apparuerit.

Quomodo argumentum soluitur
ex differentia uel essentiali
uel propria, uel ac-
cidentalibus?

Cum non uera differentia, seu accidentium con-
P 5 geries

geries, seu ipsum proprium definito adaptatur, quod leges finiendi requirunt, ut Spado est cuius testes sunt fracti, Ergo est eunuchus. Responde eam differentiolum Thlasijs seu Thladijs conuenire. Nam eunuchus & testes & totus coles amputatus est. Item Consensus seu congregatio ciuium est certis legibus uiuentium, Ergo urbs est. Quae differentia ciuitati non urbi conuenit, cuius appellatio muris continetur, authore Paulo iurisconsulto, ita eius sententia: Aedificia & moenia sub urbe comprehendimus. Fusius tamen patet nomen ciuitatis apud Caesarem. Item Domuncula est, quam rustici aut opere rusticae incolunt, Ergo uilla est. Hic dicemus id tantum conuenire uni generi uillarum. Nam triplex est, una urbana, quae & praetorium apud Paladium dicitur, quam ipse dominus inhabitat. Altera rustica, quam hic descripsimus. Ultima fructuaria, in quam fructus deuehuntur. Ideo apud Colummellam uilla a uehendo dicitur.

Quomodo à toto & eius partibus?

Male argumentamur à toto ad eius partes negative, ut Domus non est, Ergo neque paries craticus est. Modius non est, Ergo neque congius. Aurum Romanum non habet, Ergo neque didrachmum. Res publica consilio non administratur, Ergo neque do-

nus

mus. Rursus neq; bona sunt argumenta à partibus ad totum affirmatiue ducta, ut Tabula est, Ergo taberna est. Sifertium nūmum habet, Ergo talentum. Id autem fit quadrupliciter, uel in modo, ut Sardana palus inter mulieres neuit, Ergo omnia munera muliebria subiuit. Nero tyrannici hominis officium fecit, Ergo hominis. Vel in quantitate, ut Cæsar Sueuos uicit, Ergo omnes Germanos. Item In hoc uerus erat Apollo, quando dixit: Aio te Aeacida Romanos uincere posse, Ergo in omnibus oraculis uerus est. Alexander magnus in Clytūanicum suum scuit Ergo in omnes amicos. Vel in tempore, ut Cicero tres congios nunc potauit, Ergo semper potus est. Item Heri genio indulsit Coelius, Ergo semper est uoluptuarius. Vel in loco, ut Carolus in uiuarijs Patuinis uictoria Galli triumphauit, Ergo ubiq; triumphum ducet. Item Alexander Macedo in pilis Cilitiæ numerosum exercitum Persicum parua manu uicit, Ergo in arctissimis faucibus quibuslibet rerum potietur. Vulgo id genus argumenta statuunt fieri à particulari ad commune.

Quomodo à coniugatis?

Viciosa sunt argumēta, quando cōiugata cū reliqua adiectione proferūtur, ut Philosophi sunt mali Ergo Philosophia mala est. Item monachi sunt impij Ergo monachismus est extirpādus. Item Alexander

Magnus

magnus est male usus uino, Ergo uinum est malum.
 Dominatur autem ipsa στυγία alijs in finitionibus,
 siquidem citius quis prudentem ex operibus et
 officijs cognoscat, quam ex ipsa prudentia. Alijs
 ad exempla rethorum, ut cum probaturus sis malū
 esse regnare, mox ad reges tanquam ad coniugatum
 orationem deflectes, ueluti Cyrum, Xerxen, Dariū
 & alios.

Diffolue ex adiacentibus
 & actibus.

Vitium erit, si quis uel adiacentia, uel actus ne-
 cessarios pro natiuis posuerit, ut Heluo librorum
 est, aut Stoicus est, Ergo Cato. Differit, ergo Cice-
 ro. Niger est ex Ephelide Celta, Ergo albefieri ne-
 quit. Hic separabile pro inseparabili positum est.

Dilue ex subiecto.

Quando illi adijciuntur necessaria, quæ tamen
 non sunt. Est enim uulgaris canon, sed non inutilis:
 Multa dicuntur de subiecto, quæ in subiecto non
 sunt, ut Episcopus est, Ergo unius uxoris maritus,
 ergo habet morigeros liberos. Quæ duo non sunt
 ita necessaria, sicut hæc sunt, ut fideliter doceat uer-
 bum Dei, ut pseudoapostolos sana doctrina conuin-
 cat. Tale est & hoc Anabaptistarum, non cre-
 dunt

*unt in deum, Ergo inter illos non est matrimonium
Dissolue à causis.*

Dissoluntur argumenta, cum effectum colligitur ex impropria uel insufficienti causa, ut quando ex materia negata non tollitur effectum, ut Ferrum non est, igitur arma nequeunt esse. Cum antiquius heroum arma ænea erant, ut ex tota poesi HomERICA constat. Taceo de scuto Achillis, sicut Hercules apud Hesiodum, taceo quod æris uocabulum omni metallo conueniat, quod & in Germanicis dialecto obseruatur, precipue tamen Cyprio, uulgo minera dicitur. Vnde sunt ærosi montes, qui ad metallica faciunt. Item Ligna, lateres, cæmenta desunt, Ergo templum aliquod construi non potest. Cum tamen Palladis templum æneum erat apud Lacedæmones, quod se uidisse Pausanias memorie prodidit. Britannis non sunt ærariæ, Ergo non possunt cudere numos. Cum tamen in ædibus monetarum triumuirorum multos anglicos numos quis conspiceret. Deinde etiam si unam aliquam formam sustuleris, non tamen quicquam decedet potentie effectorum, ut Dedalus non erat alatus, Ergo uolare non potuit. Cum loco alarum usus sit remigio, auctore Palephato. Item In hoc aruo non est tetragonismus, Igitur non est iugerum. Cum tamen id ex quibus

quibuslibet figuris Geometricis cōstare potest. Item hoc poculum non est exculptum, Ergo non tantum ualeat. Cum tamen non facile cedit cælatura diagliſicæ, quando inſculptum eſt, ut inprimerentur imagines. Illic autem eſt anaglyphica, in qua imaginu- læ cœlatæ extant.

Diffolue ab efficiēti ad effectum.

Cum hac aliqua negata aut parum ſufficiente perſiſtat ipſum effectum, aut cum ſamulans pro do- minante ponitur, ut Malleus deficit, Ergo ædifici- um nequit conſtrui. Cum non ſit propria et neceſſa- ria cauſa, qualis eſt faber, etiamſi architectus non fuerit. Item Auſter non ſpirauit, Ergo non erit plu- uia. Tametſi id genus uentorum nebuſum ſit, nō protinus pluuia ſequetur. Nam ſæpe & illo flante nebule etiam deſunt, niſi has ſol cū aſtris reliquis concitauerit, et cōcitas colliquauerit. Item Elementa nō ſunt ueneno infecta, Ergo peſtis nō graſſabi- tur. Cum hæc ſcūiret quoq; ira dei, ut ſacræ teſtan- tur literæ, et medici Mahumetici, quales ſunt ple- riq; Arabes. Poſtea nō ſemel ſignū cum cauſa cōſun- ditur, et ſi hæc ceſſauerit ſeu ocioſa fuerit, nō erit iu- ſta cauſa, ut Argyrognomones adſunt, Ergo nūmo- rū magna eſt copia. Sarmatæ battoſericis ueſtibus induiti ſunt, et non tantū metaxa, Ergo ſunt prædi-
uites

uites. Cū pleriq; sunt Hyppomolgi, & Galactophagi, & plaustris uitam degunt, ut olim Hamaxobij.

Dilue à fine ad effecta.

Finem capimus, ut iurisconsulti loquuntur, ἐν πλάττει, ut sub eo intelligamus non tantū cuius gratia aliquid fit, sed cuiuscunq; rei etiam functionem, quem usum & destinata cōtinent. Itaq; consutabitur, si quis abusum pro usu posuerit, ut Interficere malū est, Ergo gladius malus est. Punire insontes tyrannicum est, Ergo magistratus tyrannicus est.

Dilue ab effectis ad causas.

Consutatio eorum fit, quando à proprio effectu non propria & non necessaria caussa colligitur, uelut ab effectu ad materiam, ut Domus est, igitur res est. Ad formam, ut Modus agri certus est, Ergo est pentagonus. Dædalus uolauit, Ergo alatus erat. Aqua currit, Ergo habet pedes. Hic quoq; amphibologie paralogismus est. Ad efficientem, ut Labyrinthus est, Ergo Dædalus extruit. Multæ sunt ortæ seditiones ex prædicatione Euangelij, igitur Euangelium caussa seditionis est. Ad finem, ut Pax est bona, Ergo bellum est bonum.

III

illa enim potest esse, & fuit, sed in bello adhuc desideratur, quod propter pacem fieri consueuerat.

Quæ est ratio soluendi in contingentibus?

Ea est, si quis uerisimilia tanquam necessaria statuerit, ut Ulysses Aiaceo humo mandauit, ergo illum iugulauit. Osculatus est eam, ergo uiciauit. εἰκότα tantum sunt, quod genus etiam si quam plurima collecta essent, uix tandem aliquid certi comprobarent, ut Rhetores in statu coniecturali quoque memoriae prodiderunt. Verum quæ sunt indicia seu τεκμήρια non parum ad rem stabiliendam conducunt, ueluti Ajax apud Sophoclem sibi ipsi consciuit mortem, ergo mentis compos non erat, sed maniacus. Idem iudicium est de circumstantiis & signis, ut Cultior est illi habitus, Ergo est adulter. Erubuit, ergo conscius facti. Ausugit & se in syluam abdidit, ergo latro est. Hic ἀνακολούθια est, quia non necessario inter se coherent antecedentia cum consequentibus.

Quomodo dissoluenda sunt testimonia?

Eleuatur authoritas, si sacræ humana adæquatur. Debent enim ciuiles & ab hominibus excogitata & inuenta discipline diuinis cedere, ut quæ à

deo datae sunt, & captum rationis superant. Est enim hic uerbum dei uiuum, illic uero mortuum commentum. Vt Synodus Nicæna coelibatum sacrificis constituit, Ergo sacrificis uxorem ducere non licet. Cum tamen id decretum sit contra sententiam arcanarum literarum, & eiusdem quoque Synodi constitutionem, cuius hæc sunt uerba: Nicæna synodus uolens corrigere hominum uitam in ecclesijs commorantium, posuit leges, quas canones uocamus, in quorum tractatu uidebatur introducere legem, ut Episcopi, Presbiteri, Diaconi, Subdiaconi, cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem Paphnutius confessor contra dixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Sussit itaque consilio, ne talem ponerent legem, grauemque asserens esse causam, qua aut ipsis, aut eorum conugalibus, occasio fornicationis existeret. Et hoc quidem Paphnutius (licet nuptiarum erat inexpertus) posuit, Synodusque laudauit sententiam eius, et nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in uniuscuiusque uoluntate, non necessitate permisit. hæc illa. Hic tamen dolendum est ex animo, quam iniquè hodie humana uel ipsis sacrosanctis & Θεοπνευστοῖσιν literis anteponantur. Secundo si cōsuetudo, quæ pro auctoritate habetur mysterijs diuinis repugnauerit, ut

Q. Multa

Multa secula homines pi scium esu ieiunauerunt, Ergo ciborum delectus in ieiunijs requiritur. Quotusquisq; est, qui non protinus sacratissimis testibus confutaret, Christo nimirū & Paulo, qui id genus constitutiones, non erubuit doctrinam dæmoniacū appellare, deinde pijsimis patribus, ut Augustino, Origene, quorum posterior sic ait: Tu si uis ieiunare, ieiuna secundum præceptum Euangelij, & serua in ieiunijs Euangelicas leges, in quibus hoc modo Saluator de ieiunijs mandat: Tu autem si ieiunas unge caput tuum, uis tibi adhuc ostendam, quale te oporteat ieiunare ieiunium? ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas capias epulas uoluptatis nullo sine luxuriæ concalescas, ieiuna à malis cogitationibus, contine à malis artibus, abstine à malis sermonibus, noli contingere panes furtiuos peruersæ doctrinæ, nō concupiscas fallaces philosophiæ cibos, qui te à ueritate seducant, tale ieiunium Deo placet. Abstinerere uero à cibis, quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarū actione fidelibus, & hoc facere cum his, qui Christum crucifixerunt, acceptū nō potest esse Deo & c. Verū prudenter ex Celso iuriscōsulto dicendū est, hoc nō ratione introductū esse, sed errore primū, deinde cōsuetudine obtentū, in alijs similibus non obtinet. Alioqui etiam consilio Vlpiani diligenter obseruabimus, quæ pia consuetudine affirmata sunt pro iure, & lege in his, quæ nō ex scripto

descendunt. Tertio si in testimonijs humanis priori-
 bus per posteriores sanctiones, aut derogatū, aut ab-
 rogatū sit, ut Fures aut quadruplo, aut duplo puniē-
 di sunt, iuxta uetus testamētū, et pandectas iuriscō-
 fultorū, Ergo nō debent furca suspendi. Quā consue-
 tudinē Fridericus imperator aboleuit, et furti poenā
 crucem statuit. Item, Parricidarū poena apud Home-
 rū et ueteres iurisconsultos exiliū est, Ergo parricidæ
 exules erunt. Exiliū enim à plerisq; iudica-
 tur, ceu mors naturalis, hodie tamen iure consuetudi-
 nis obtruncantur. Eadē quoq; ratio in sacris religiose
 obseruanda est, ut Moses iudæis *πολυγαμίαν* cō-
 cessit, Ergo et Monasteriensis sint *πολύγαμοι*.
 Quod Christus sustulit, tanq̄ nouus legislator, et sub-
 iicit his indultū esse *ἵνα τὸ σκελετοκαρδίαν*. Itē
 Iudæi iuxta diuinam constitutionem circumcideban-
 tur, Ergo Galatæ non permanebunt præputiati.
 Quam hæc lex usq; ad aduentum Iohannis Baptiste
 tantum ualuerat, in cuius locum baptismus surroga-
 tus est. Quare non parū referret scire, quatenus ius
 ueteris testamētī ualeat, hic merito dicendū est, quod
 Modestinus ait *αὐτὸ μεταγενέστερα διατάξεις ἐ-
 χρούτερα τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσὶ*, quod est posteri-
 ores constitutiones prioribus potentiores sunt. Hæc
 quoq; causa est, cur non sit negligendus dies men-
 sum, sicut neq; consules in plerisq; rescriptis seu

constitutionibus Codicis, ut tempus pro certo habeatur, propter innouatas constitutiones. Nam una precessit, alia sequuta est, alia prioribus temporibus usitata erat, postea autoritate Imperatoris est innouata. Plurimum quoque facit idem ad uitandas *ἀντινομίας*. Proinde recte memoriae prodidit Paulus iuriconsultus, posteriores leges ad priores pertinere, nisi sint contrariae, idque argumentis probetur. Quarto si truncata fuerint testimonia. Nam sepe neque fide liter, neque satis iuste citantur, sed cum dolo et fraude, ut in iudicium de communi diuidendo omnes res ueniunt, teste Vlpiano, Ergo et hoc poculum aureum quo prerogatiuam habuisti, ueniet. Hic non est integra lex, quia subditur, nisi si quid ex communi consensu exceptum et nominatum sit, ne ueniat. Item Paulus inquit plerumque uel a parente uel a liberto, quasi debita hereditas nobis obuenit, Ergo debetur hereditas tantum ab his duobus. Cum hic facit in fraudem legis, qui saluis uerbis legis sententiam eius circumuenit. Talia multa inuenias licet apud Rabulas qui potius iuri sperditi sunt, atque sic merito ab Aristophane segetes *ῥοδῖνοι* appellantur, nimirum peruertunt ius in truncatis legibus, aut certe sententiam deprauant. Quos uerissime admonet Celsus: In civile, inquit, est, nisi tota lege perspecta, una aliqua eius particula proposita, iudicare, uel respondere.

Quod

Quod utinam nostri Theologastri obseruarent, sic futurum esset, ut non tot hæreses suppullarent. Quinto, si cuius auctoritatem non satis certam esse comprobauerimus. Nam sæpe author est aut ἐκδύλαος, aut ἐκ νόνημοσ. Quare in ecclesia sunt quoq; ἐπεὶ ὀργυφοί, qui occultandi, & non in publicum proferendi sunt, quorum auctoritatem pij doctores repudiarunt, atq; ideo Canon de libris bibliacis extat. Rur sus in his sæpe fides interpretatum desideratur. Quare caute prospiciendum, maxime in sacris, in quibus salutis æternæ periculum est. Eodem modo in doctoribus quibuslibet sacris, non ubiq; auctoritas ualebit, sed ad amissim sacrarum literarum reuocanda erit. Probandi enim sunt spiritus consilio. D. Iohannis, non aliter atq; aurum Lydio lapide. In humanis uero literis sunt, quos usus & consensus doctorum approbavit, qui scriptis celebres sunt. Testimonia aut sunt per semetipsa uera, seu ut Aristoteles inquit ὁ δὲ ἀνθρώπων ἔχοντα τῆν πίστιν, aut sunt probabilia seu ἐνδοξα, quæ uera quoq; uidentur, aut omnibus, aut plerisq; aut sapienibus. Atq; his rur sus, aut omnibus, aut plurimis, aut spectatissimo, illustrissimoq; cuiq;. Ita horū auctoritati merito credendū est. Proinde delectus authorū habendus est, & in his curandū, ut sint exemplaria perquam emendata, sunt enim sæpe vόδα in grauissimis quoq;

authoribus. Sexto, si quem authorem sibi contraria
 eadem de re scripsisse ostenderit. Sic enim rebus
 scriptis ueritas derogatur, quæ enim sibi non con-
 stant, falsa ferè esse iudicantur. Sunt tamen senten-
 tiæ speciei tenus pugnantes, sed penitus pensiculan-
 tibus non diuersæ sunt, ut Domus mea domus orat-
 tionis uocabitur, Esaie. 56. Et cum tu oras, intrabis
 in cubiculum tuum, Matth. 6. Circumstantiæ hic
 totum negotium expediunt. Prior enim Iudæis dicta
 est, quibus certus locus definiiebatur, tanquam figu-
 ra nouorum templorum, in quibus spiritus sanctus
 habitat, Christianis non item, qui in cubili orabunt,
 hoc est, à turba uulgi, aut in corde & ueritate, ne
 qua fiat ostentatio quadam hypocrisi, ne quis uanus
 labiorum strepitus sit, more pharisaico. Septimo, si
 male intellecta testimonia citata fuerint, ut Chris-
 stus uult nos esse perfectos, Ergo sunt distrahen-
 da sunt bona & communia omnibus. Item Christus
 ait adolescenti prædixit, si uis esse perfectus, uade
 & uende quæ habes, & da pauperibus, Ergo nihil
 proprium erit Christianis, Hec & alia sunt ana-
 baptistarum argumenta, quæ isti pleriq; indocti
 diiudicare nequeunt. Item Paulus iubet sine inter-
 missione orare, Ergo semper orandum est. Quod
 si præripuerunt *εὐχίται*, quos Epiphanius, &
 Augustinus confutarunt.

Dilue

Dilue à comparatione.

Vel si quis ex comparatione maioris ad minus affirmatiue argumentatus fuerit, argumentum erit infirmum, ut Si Alexander Magnus uix dum triginta annos pene totum mundum subiugauerat, multo magis dux Cattorum, Nam non protinus sequitur, quod maioribus in sit, idem & minoribus in esse. Vel si à minori ad maius negatiue quis argumentatus fuerit, ut Antenor sedes non habuit, Ergo neq; Aeneas Iouis proles. Paris ante moenia troiana non potuit interfici, Ergo multo magis neq; Hector, neq; Achilles. Male sequitur quod minori non inest idem neq; maiori. Vel si impar alteri collatum seu comparatum commonstraueris, ut Fides in Christum nos coheredes in regno dei facit, Ergo ipsa quoq; clementia. Clementia enim non tantum facit, quantum ipsa fides ad æternam beatitudinem.

Dilue à Similitudine.

Si hæc claudicauerit, id fit cū per omnia similitudo nõ respõdet, quemadmodū in Exẽplo quoq; si in hoc dissimilitudo inuẽta fuerit, ut olim Ethnici et sacri uota nūcupata soluerũt, Ergo et monachis soluẽda sunt. Hic notãda sunt, si possibilia, si pia fuerint, qualia ueterũ erãt. Itẽ Hieremias permisit hostes in pios Hierosolymam subire et intrare, Ergo Christiani quoq; turcas admittent in fines suos, et illis non

reluctabuntur, id dissimile est. Nam ille Dei mandatum habuit, nos non item, quorū potius est Dei gloriam, uel capite uindicare. Dissimilitudinem aut potissimum ipsæ circumstantiæ declarant.

Solue à repugnantibus oppositis relatiuis.

Si non uerum ascitum fuerit relatiuum, quod fieri potest modica etiā φεσσεως mutatione, ut Vxor est, Ergo uirum amat. Nam consequens pellicibus etiam competere possit. Nam sic Iouem amat Latona, Danaë, & aliæ. Item Seruus est, Ergo herum comitatur. Consequens hoc, non indicat antecedentis necessitatē. Rectius colligitur: Vxor est, Ergo maritus non est. Seruus est, Ergo dominum habet.

Ab oppositis contrarijs.

Aut si quis in contrarijs (quorum est aliquod medium) unum semouerit, & necessario alterum ponere existimauerit, ut Marchionis serui sunt atrati, Ergo non sunt albati, ut Stola hæc non est nigra, est igitur alba. Aut si contrarijs medium negatur, & id probari potest, ut Sanus est, igitur æger non est. Hic uerum esset Aristotelis sententia seruata, sed non ita medicorum, qui diligentius ista trutinantur. Statuunt enim hic medium quoddam, quod neutrum nominatur,
— Siquis

Siquidē nō paruae sanitatis est latitudo, atq; tripliciter quis sanus, quis eger, quis neuter dicitur, ut Galenus docet. Ideo non recte colligitur, nam & neuter esse potest. Atq; sic confirmabitur, non statim ex remotione unius, alterum poni.

Ab oppositis priuatiuis.

Si quis defectum alicuius attribuerit ei, quod ex natura habere nequit, ut Lapis nō uidet, ergo cæcus est. Troia nō sapit, ergo mente priuata est. Nisi quis uocabulum Troiæ *συνεδλοχικῶς* acciperet, Serò enim phryges sapere cœperunt.

Ab oppositis contradicentibus.

Si non protinus unum tollitur, altero posito, ut Nicolaus heri stetit, ergo hodie non stat.

A repugnantibus disparatis.

Si idem de rebus differentibus intelligi potest, ut uictum curo hominibus, ergo non equis. Hæc non ita inter se differunt, neq; iusta argumentatio est, etiam si homo & equus specie differant.

Quomodo diluimus ex argumentationibus.

Potest in principio Tyrunculus per singula genera argui

ra argumentationum confutationem sic discere, ut in syllogismo, aut alterutra propositionum falsa erit, aut non rite in figura, & modo dispositus is erit, aut aliquis paralogismus imponit. Postea ad locos, ex quibus argumentum præsens est depromptum, feliciter perueniet, atq; sic uerum usum præceptorum meo iudicio consequetur. In Enthymemate aut ἀνακωλουδία ex locis superioribus, aut formam eius ἀσυλλογία ἢ esse comprobabimus. In Inductione, si ex singularibus diuersitas, seu contrarium aliquod fuerit ostensum. In Exemplo dissimilitudo diluit. In Sorite autem fit dilutio, cum uoces sibi non necessario cohæreant, sicut in Dilemmate, cum uerum desideratur ἀντιθέτου, sicut in Violatione, cum non apte in nostram sententiam fit reflexio, que pro aduersario facere uidebatur, sicut deniq; in Enumeratione, si qua pars omissa fuerit. Quæ cum sint nota ex superioribus præceptionibus, non est ut eadem repetantur, & exempla.

Quid sentiendum est de obiectionibus?

Subinde inter argumentandum quedam obijciuntur, & eiusmodi obiectiones ὑποποσές Greci nominant, quæ duplici ratione sunt et diluuntur, Priori quia

ri quidem, quando simpliciter resistimus, nihilq; ad-
 uersario condonamus, sic erit, ut uulgo loquuntur,
 litis seu caussæ instantia. Græcis est ἐνσέσις uel
 ἐντὶ ἀγόνισμα, uel ἐντὶ λογιὰ, pertinacissime
 enim hic cum aduersario contenditur. Quia nihil
 penitus conceditur, attamen post longam conten-
 tionem, aut ad superiora præcepta recurrendum
 est, aut sub iudice lis ipsa manebit. Posteriori uero
 fit concessio seu παραμολγία, sed partim æqua-
 le obijcitur, aut maius, et dicitur ἐντὶ πρᾶξις αἰσ,
 ut Quintilianus concedit mores puerorū posse cor-
 rumpi, sed neq; minus, aut certe plus domi quoq;
 Sic Christus non negat omnipotentiam suam, qua
 lapides in panes transformaret, grauius rependit,
 uitam hominis non in solo pane consistere, sed etiam
 benedictione diuina. Secundo conuiuet ipsi Sathanæ
 quando iussit, ut Christus daret se præcipitem, sed
 non minus subijcitur, de non tentando domino deo,
 etiamsi angeli iuxta sententiam Dauidis præcipi-
 tanti affuturi essent. Partim per Violationem seu
 ἑίστασις, quoties ostendimus argumenta aduersario-
 rum pronobis facere, & eadem ad nostram senten-
 tiam, quæ uera est, seu uera esse uidetur retor-
 quemus.

Explica & figuras quasdam
 captiosas.

Sunt

Sunt & alie captiosæ argumentationes oratoribus, & poetis satis usitatæ, quæ et si quodammodo superioribus sunt cognatæ, his tamen sæpe non deest sua laus, quod acuant ingenium, quod sæpe numero confirmant, quas si quis prima fronte tantum intueretur, & non prorsus usq; ad uiscera perspiceret, merito quis, ut Arcesilaus, eiusmodi argutias lusui calculorum conferret, in quibus fraus & dolus est. Aut, ut Zenon, mensuris, neq; triticum, neq; aliud quid bonorum metientibus, sed paleas & uinum. Aut, ut Ariston, similes telis araneorum sermones Dialecticos diceret, nihil utiles sed ualde artificiosos. Sunt enim plæræq; ut ingenue fateamur, uanæ, neq; ad solidam & ueram cognitionem admodum conducunt. Et ut Pythagoras dixit, uanam esse illius Philosophi sermonem, quo animi affectus non curantur, & ut medicinæ nulla utilitas est, quæ morbos è corporibus non eicit, Sic neq; captiosæ huius partis non erit usus quidam, nisi ut quis sibi caueat, ne quid fraudi fiet.

Quot sunt præcipue figuræ captiosæ?

Septem, Antistrephon, Ceratine, Crocodilites, Vtis, Pseudomenos, Cacostata, & Asystata.

Quid est Antistrephon?

Est

Est argumenti inuersio, quod latine quis reciprocum, aut apud Rhetores honesto nomine inuersionem uocaret. Cuius multa sunt exempla, unum tamen afferemus Aristophanicum, ex quo deprehendas licet, quantum filius in Phrontisterio Socratis profecerat. Est autem id, quod rursus in eum qui dixit, conuerti & contorqueri potest. Vapulat pater à filio, hic ab illo querit causam, cur liceat patri uerberare filium.

ἢ πρῶτ' ἐρήσομαι γε τοῦσι παῖδ' αὐμ' ὄντ'
 ἢ τύπτεις: ἔγωγε σ' εὐνοῶντε & μηδόμενος.

Enthymema est. Pater filio bene uult, Ergo illi licet filium castigare. Subdit nunc filius acutissime, & inuersione cogit patrem bene percussum in sua sententiam pedibus ire, φεισὶ πὲρ δ' ἴ μοι
 ἢ κ' αὐμ' σοι δικαίον ἐστὶν εὐνοεῖν ὁμοίως.
 τύπτειντ' ἐπειδὴ περ τοῦτ' ἐστ' εὐνοεῖν τὸ
 τύπτειν.

Sic ἀντιστρέφει & inuertit, & filius iure patrem suum diligit, Ergo idem filius patrem quoque uerberabit.

πῶς γὰρ τὸ μὲν σὸν σῶμα χεῖρ πληγῶν
 ἀνδῶν εἶναι τοῦ μὲν δὲ μη, & μὴν ἔφαμ
 ἢ λευθερός γε κ' ἄγω.

A conditione personæ est argumentum ex prosopographia: Si liber plagis non est afficiendus, Ergo neque

go neq; ego uerberandus sum. Sic inuertitur: Pater non est liber seu ingenuus, Ergo pater uerberandus est. Alluditur hic ad ueterem consuetudinem, qua serui μάστιγες dicebantur.

κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάει δ' οὐκείσ.

Interrogat, & enthymematicōs colligit ex affe-
ctū, patrem quoq; susfigandum esse: Filij propter pla-
gas plorant, ergo non est iniquum parentes propter
eandem quoq; causam plorare. Sequitur ἀνδρὸς
φορὰ ab ipso decoro puerorū, quorum est flere, nō
uirorum.

φίσεις νομίζεσθαι σὺ πατρὸς τοῦτο τ' οὐ
γομῆσαι.
ἐγὼ δὲ γ' ἀντίποιμ' αὐτῶν, ὡς δ' ἰς παῖδες δὲ
γέροντες.

Enthymema, & senes sunt pueri, ergo illi quoq;
flebunt. Nunc amplificat ab ætate, quod senes uerbe-
randi sunt, quia grauius peccant, quam pueri, aut a-
dolescentuli, quibus, si quis τὸ πρέπου seruaret,
iusta interdum daretur uenia.

ἐκός δὲ μάστιγα τοὺς γέροντας, ἢ τοὺς νέ-
ους τὶ κλάει.

ὦσα πὲρ ἑξαμαρτάνειμ ἡττοῦ δίκαιου ἀν-
τοῦς.

Pater

Pater hæc argumenta non diluit, sed id sibi licere
asserit, quod legibus cautum sit.

ἀλλ' οὐδ' αὐτοῦ νομίζεται τὸν πατέρα τοῦτο
πάχειν.

Quod contra leges est, non licet, ergo non licet fi-
lio uerberare patrem. Id dissoluit filius in phrontis-
terio Socratis doctus eleuando tantum præcipue le-
gislatorem.

οὐκ οὐρ ἀνὴρ ὁ τὸν νόμον θεῖς τούτου ἢ τοῦ
πρώτου,

ἡ παρ' ἐσὶ καγὼ, καὶ λέγωρ' ἐπειθε τοὺς πα-
λαιούς,

ἢ τὸν δ' ἡτ' ἔξει καμοὶ καινὸν αὐτολοί-
πὸν,

δειναινόμον τοῖς ἕξι, τοὺς κατέρας ἀντι-
τύπτειν,

ἴσας δ' ἐπληγὰς εἶχομεν πρὶν τὸν νόμον τε
θῆναι,

ἔφίεμεν, καὶ δίδομεν αὐτοῖς προῖκα συ-
κεκόφθαι

Subdit exemplum seu simile, quod idem sit bru-
tis ingenitum.

σκεῖται δ' ἐτὸς ἀλεκτρούνας καὶ τ' ἄλλα τὰ
ἑοτὰ ταυτὶ ὡς τὸς πατέρας ἀμύεται, Ergo

Et nobis idem natura in seuit, et quia non est contra
naturā, æquū esse uidetur. Subijcitur αὐτὸ υποφθαῖ

et satis

Et satis ridicula : Dicat quis, longe maximum est
discrimen brutorum et hominis.

καὶ τοὶ διαφέρουσι οὐδέμ
ἡμῶν ἐκείνοι, πλὴν ὅτι ψηφίσματα οὐ γρά-
φουσι.

Pater patientissimus diluit argumentum, oppri-
do quam iocose ex dissimilitudine more dialectico.

τί δ' ἦτ' ἐπειδὴ τοῦς ἀλεκτρυόνας ἀπαν-
τά μιμῶ,

οὐκ ἐδίεισ καὶ τὴν κόπρον, κ' ἀπὶ ζύλου κα
θεύδεις.

Huic non satis apte respondere potest, attamen
ab autoritate Socratis, qui in hac comœdia potissi-
mum illuditur, utcumq; confutat.

ὄνταυτὸ ῥῶτ' αὐδῆμ, οὐδ' ἂν σωκράτης
δοκοῖν

Supereſt adhuc unum argumentum à consequen-
tibus. Postremo tamen filio aſtipulabatur ſenex pa-
ter, ſicut locus ſatis notus eſt. Hoc uero exemplum
de industria attuli, ut ſtudioſi adoleſcentuli diſcer-
nerent τὸ ἀντιſτρέφειν, hoc eſt, inuertendi argu-
mentum rationem. Poſtea et quomodo penſiculanz
da ſunt etiam ſcripta oratorum, et poetarum, et
paſſim more dialectico tractanda ſunt. Porro quiſ
nam alius ſit antiſtrephontis modus, ſatis abunde
Gellius docet, et ab alijs deprauata nominatur
complexio

complexio aut uiciosum Dilemma, cum aut una,
aut utraq; pars in aduersarium retorquetur.

Quæ sunt Ceratinæ argu- mentationes?

Ceratinas argumentationes à cornibus dictas
esse non dubitamus, id enim prima fronte ἐτυμολογ
huius cauilli seu tendiculæ ostendit, & has cornutos
appellatos esse syllogismos à D. Hieronymo credi-
derim, & inualuit ab hac ratiocinatione, qua gra-
uissimi etiam authores ociosi se oblectarunt, quæ est:
Quod non perdidisti id habes, Cornua nõ perdidisti
Ergo cornua habes. Cuius & græci & latini me-
minerunt authores, sed quomodo dissoluetur, antea
docuimus. Iudicant tamen nonnulli eas fieri, quoties
interrogando alium uolumus ex responsis redar-
guere, ut fit Christo à Phariseis, qui Cornua in suo
conciliabulo eiusmodi produxerunt, de tributo Cæ-
sari persoluendo, de muliere adultera damnanda,
sed & alia id genus, perquam multa sunt, tum in
arcanis, tum in prophanis literis.

Quid sibi uult Crocodilites?

Crocodilites à Crocodili disceptatione cum mu-
liere ægyptia natus est, ut Politianus ex multorum
testimonijs adnotauit. Etsi usum eiusdem per bonos

R. uiros

uiros inquirere liceret, id simpliciter cōstitueremus quando aliquid per errorem ponitur & admittitur, unde postea colligitur ab aduersario, quod contra nos facit. Quam rem historia seu potius fabula nō obscure apud prudentem lectorem præsefert. Huc spectat & illud, quod uulgo iactitant: Dato uno in conueniente sequuntur innumera. Quare Crocodilos facientibus occurrendum est cautionibus obligationum, quæ ab alijs petēdæ sunt. Hæc autem captio sicut & superior pendet ex uario astu interrogandi, obijciendi, respondendi, quem docuit in octauo *τοπικῶν*, & in Elenchis Aristoteles. Quare non adeo curiose à se inuicem diuelluntur.

Dic de Utide.

ὑτίς est genus captiosæ conclusionis, de qua Chrysippus librum cōscripsisse legitur. Eam autem à nugatione, seu petitione principij non diuersam faciamus. Nam in hac nihil concluditur, nihil importatur, nihil metitur.

Quid est pseudomenos seu mentiens?

Est in quo utrumcunq; elegeris, falsum erit, ut Cretenses sunt mendaces, & pigri uentres, dixit ipse se Epimenides Cretensis. Hinc ea fit cauillatio, si Cre
tes

tenſes non ſunt mendaces, mentitus eſt Epimenides,
 Sin uerum hic dixerat, quia Cretenſis eſt author,
 Ergo falſum eſt, Cretenſes eſſe mendaces. Diluitur
 tamen id, quod infinita propoſitio hoc in loco uim
 uniuerſalis non habeat.

Quæ ſunt Cacofyſtata &
 Aſyſtata :

Græcis ſunt una quidem Cacofyſtata, quæ male
 & non firmiter cõſiſtunt, aut ſunt ἰσὸς ζῳτῶα, quæ
 utriq; parti ſunt communia & æqua, ideo alij κατ'
 ἰσὸς ζῳτῶα nominarunt, qualia non pauca apud
 Rhetores etiam latinos obſeruata ſunt, quæ ex
 utraq; parte tam rei, quam actoris dici poſſunt, adeo
 ut neutri uere ſit proprium, & ſic dicuntur loci
 communes, aut antiſtrephonta, cum retorquemus
 ſententiam aduerſarij, de quibus plus ſatis haud
 multo ante tradidimus, aut ἀπεπειρη, quando per
 ſonæ decorum, ſeu, ut Cicero inquit, τοπεπειροῦ
 negligitur, ut Achilles uir fortis erat, & propter
 Briſeida pugnauit. Aut ἀπειδαυα, quando thema
 ti, aut argumento inſertum eſt minus ueriſimile, ut
 cum cæci oculos recuperauerunt, ut paralyticus
 unico uerbulo curatus eſt, niſi quis hæc deo accep
 ta tulerit. Aut ἀπειρα, quæ ita dubia ſunt, ut nulla
 ſententia de his dici poſſit. Altera uero ſunt Aſy
 ſtata

stata, quæ prorsus non consistunt, in quibus neq; intentioni neq; depulsioni locus est, ex his numerantur ferè ἀλόγητα, quæ sunt contra rerum naturalium fidem, ut quando infans adulterij accusatur, ἐλέσποντα, quando certa circumstantia deest, quæ faceret quæstionem, ut filius abdicandus, ἀλογα, quibus non est certa ratio, & sufficiens, ut Infideles sunt, Ergo non possunt esse coniuges, quanquam ὃ ἀλογοῦ omnibus, tum quæ male, tum quæ omnino non consistunt, commune sit.

Conclude ultimam partem.

Iam satis, ut arbitror, dictum est, de confutandis argumentis aduersariorum, quæ ratio primum & ad personas, & ad res ipsas respicit. Deinde formam & materiam argumentorum obseruando diluimus, tam in tredecim paralogismis, quàm in singulis locis, & argumentationibus, & quibusdam figuris, quæ quanquàm in priores formas concludi posse uidentur, tamen docendi gratia ab illis separantur. Quæ (malum) amentia est, uno fasce omnia complecti, & adeo confuse tradere, cum nusquam non profit, quàm distinctissime discere, & docere, cui nihil aliud superesse uideo, quam ut frequentem & disputandi & declamandi usum adiun-

adiungant, cum exquisita bonorum authorum imitatione, qua futurum est, ut longe feliciter ad altiora studiosi aspirarent, quam qui illotis manibus, & pedibus, maiora suis humeris in se recipiunt.

FINIS.

ARGENTORATI APVD CR

TONEM MYLIVM AN.

M. D. XL.

MENSE IANVARIO.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

530 SOUTH EAST ASIAN AVENUE

CHICAGO, ILLINOIS 60607

TEL: 773-936-3700

FAX: 773-936-3701

WWW.PHYSICS.UCHICAGO.EDU

PHYSICS 101

LECTURE 1

LECTURE 2

LECTURE 3

LECTURE 4

LECTURE 5

LECTURE 6

LECTURE 7

LECTURE 8

LECTURE 9

LECTURE 10

LECTURE 11

LECTURE 12

LECTURE 13

LECTURE 14

LECTURE 15


LECTURE 16

LECTURE 17

LECTURE 18

LECTURE 19

LECTURE 20



A 1738658

